















1.A.6
1.6.22

# Dionisii: appollonii: donati: de octo orationis partibus libri octo ad nouam: & optimam limam deducti: & Senece Junioris: catōis: cordubēsis ethycorum: libri quattuor: cū cōmentarijs. M. Jo. Policarpi Seueritani Sibenicensis: dalmate predicatorum ordinis: opus aureū nup ad vnguē excussum

Franc. Gad.

DONATI SEVER. 1517




¶ Cognomen policarpus erat: non barbula falso:
Pompilius: quidam· quod tribuere mihi:



¶ Ad Reuerendissimum edis forisempronienſis episco-
pum: Paulum migdelburgenſem: omnium bonarũ
artium: ⁊ uirtutum cultorem: aſtrologorum facile
Principem: ⁊ Moderatorez. M. Jo. Policar-
pi Seueritani Sibenicenſis: dalmate predica-
rum ordinis. In dionisij apollonij: donati
pro octo partium orationis libris octo ⁊
in Senece: Junioris: catonis: pro ethy
corum libris quatuor commenta
rios: Prefatio.



Vanta ſit in te omnium: hominum obſeruã
tia: ſãcte integerrimeq; pręſul: poteſt uel eo
arguméto non difficulter animaduerti ꝙ re
ligioſa uniuerſa: & ſanctimonia chriſtiana
his oĩbus nota eſt: & utilis qui tecũ uerſant
quod & mihi liq̃do patuit. Iã nũc ſextus an-
nus agitur: cũ iſtã ueſtrã clariſſimã urbẽ per
uagarer: mox a ſuperũ ſedibus: ad me fama
tui ſancti nominis. & inclyte uirtutis ut que nulli. uel nec mihi p
us ignota fuerit peruolauit. Qui uno diſtico quod ad te dederi
me peregrinum romipetam: In pauperes pientiſſimus pulchro c
naſti munere: tali equidem munere: quod & in itinere profuit &
quo Romam perductum ad altiora facilius: ipſe me optimus ma
ximus deus erexit: pro quo nec habere gratias: nec eam tibi refer
re ſanctiſſimo pręſuli potero: meam tamen: & mei in te animi gra
titudinem futuram ſpero: ut tuum diuinum nomen quod ſuapte
natura ſplendidiſſimum ſit: Splendore noſtrarũ lucubraciuncula-
rum: & carmine & oratione ſoluta quantum: uel anniti ingenio:
uel doctrina efficere diligentiaq; potero: in omnem poſteritatẽ
tranſfundam: & ita tranſfundam: ut nulla ſit hominum ętas: illud
obſcuratura: non enim ea humana gloria appetenda non eſt: que
per optimas actiones ſe diuinę glorie ſimilem reddit: cum omnia
bona a diuinis profluant ſit neceſſe: & hoc recto iure tibi accidet:
& tua immortali uirtute: & tuis ſanctiſſimis moribus: quos qua ſe
rena frõte: quo lęto animo: quoq; uel claro uultu: inſpexerim: uix
narrare queo cum te uiſerem: tumq; ita conſolarer: ut noueris tui
policarpi ſuauiſſima tua in omnes conſuetudine mẽtem ab omni
perturbatiõe adeo ſedatam fuiſſe ut ipſe poſt hac te talem nactus

¶ Humãitas Pauli migdelburgẽſis in policarpũ

¶ Policarpi uotum:

¶ Gaudium policarpi.

principem: sperarē: nullis te duce fortunę iactari telis: cuius prudentiam: iudicium: consilium: ingenium: ita statuerit deus: ut si totus terrarum orbis collaberetur non posset a iusto: ęquoq; discedere: si quibus adesses: tu enim sanctissime presul: omnibus in rebus: pre te fers lenitatem: mansuetudinem: humanitatem: gratiā: munificentiam: grauitatem: & maximi acumē ingenii: astronomica precipue scientia: ut semper in dies magis quosq; doctissimos in te mirrabundos: spectabundosq; totos conuerteres: proinde cum sępe mecum tuam ut ita dicam diuinitatem tacitus considerarem statui deniq; te potius colere q̄ cui piam hominum adherere: ut a quo mihi: & cęteris uirtus: & bonitas profluat: quis enim est inter deo dicatos cui est tam nobilis clementia: tam insignis gratitudo tam singularis humanitas: tāq; egregia lenitas: iusticię ęquitatiq; cōmixta: nulli profecto: ut uideo nullus enim fuit usus tua iucunda cōsuetudine: quem uel postremo penituerit: uel abste nō nisi lętus: & gaudio plenus discesserit: Cuius cum sępe mente mea tam pręclaras animi dotes reuoluerē: quę multe & clarissime sunt ut cui sit naturalis: non phucatus: non accersitus: sed sponte occurrens: & sanguinis: & uirtutis: & probitatis nitor: sudores nostros: quos a debili ex hausi ingenio: hoc cleneo die: tibi offerendos: dicandosq; curaui: commētarios uidelicet. In dionisii: apollonii: donati: super octo orationis partes libros octo: & in senece: Iunioris catonis cordubensis ethycorū libros quatuor: quibus & textum: a tot seculis deprauatum: & illum non dialetices nodis inuolui: non phylosophię scirpis contexui: non theologię: aut ambrosię succo tinxi: sed puris grammatices uerbis declaraui: & ad nouam optimamq; limam deduxi: nec hoc ipso: cupio: a sapientissimis uiris: mollissimus: aut superbissimus iudicari: quoniam & preter ambitionē loquor & ueritatē predico: nullus unq̄ in hac arte: que est omniū artiū: & scientiarū fundamentū: & epistilium adeo clare: & adunguem diseruerit ut quod & ueritatē talis artis saperet: & eam cognitam ad lucem prodire faceret: nisi tuę sanctitatis seruulus policarpus qui q̄uis altissimis phylosophię: & theologie disciplinis incumbam, huic tamen arti: quam & sub clarissimis preceptorib⁹ Palladio fusco Patauino: Marco antonio sabellico: Pomponio lęto: & Ioanne sulpitio didicerim: Incumbens: ut sepe mecū tactus considerans: q̄ male quadraret textus donati: & ceterorū grāmaticorū: non ipsis claris auctoribus malus: sed uel scriptorū in curia: uel temporum inuidia: uel puerorum audacia: illum perpulpita facile soluētium: hoc miseratus: & difficultatē intellectus ipsius do-

¶ Laus maxima & uera Pauli migdelburgēsis.

¶ Quare policarpus dicauit hos cōmētarios huic claro uiro

¶ Qualiter policarp⁹ exposuit donatum.

¶ Preceptores policarpi in hūanitate

natí:& utilitaté maximá quá quisq; ex eo capere possfet: precipue illi qui alios docent:& qui ad altiores scientias ire cupiunt: donatum nostrum cõmentari uoluerim:quo duce:& pueruli uero textu imbuentur:& facile:breuiq;:grámatices artem acquirere poterunt:& preceptores:incognita scient:aliorũq; ingenia:uera huius auctoris doctrina excollere:atq; illustrare noscent:& quoniam mi Reuerendissime domine:nulla est ualeri testimonio:tam mcdesta felicitas:que malignantium dentes uitare potuerit: te pro his nostris sudoribus:mihi principem clarissimũ ut sapientissim ũ ho minũ:aduersus omnes inuidos pro obice delegi:& quod tuo sanctissimo nomini dicaui munusculũ:hoc:hylari fronte suscipe que sorá tuo tibi deditissimo policarpo:nam & dii quibus par es: etiá paruo thure gaudere solent.Iudicio cuius:& grauiori cẽsure: qui & litterarũ studia:& litteratos diligis & amas:postremo has meas subiicio uigilias:quas si te probasse uidero:me tue sanctitati plura daturũ ad maiora excitabis. Vale:uirtutũ:& omnium bonorũ presidium:& mecenas. Vale:& dii te seruent diu felicẽ:& clarũ:romanis ornandum sedibus. Vale nostri spes. Vnica secli &c.

¶ Quare olĩ donatus fuit ĩ paruo ꝑcio

¶ Valeri⁹ maximus.

¶ Vita dionisii:apolloni donati.per.M.Io.Policarpũ.Seueritanũ ex dioneo.Greco historico.&c.

¶ Vita donati & ei⁹ opio

Dionisius donatus:in ponto:apolloniam:Patriam habet:q̃ est nõ ignobilis urbs:dionei:troiáe:greceq; historie principis testimonio parentes cuius hos nominat:dorpetum patrem & chiam matrem:nascitur idibus aprillis:In lassara nutritus: se tádem Romam contulit sub lucilio ex patria in Italiam ferẽte apollinis collossum:in qua & latinis litteris operam dedit:& grámatices erothymaticũ edidit epithoma:hec de uita tanti uiri habeo.

¶ Franciscus maturanciusi uir clarissim⁹

¶ Quáuis clarissimus franciscus maturantius:cum de more christiano Perusie:diuinum populo nunciarem uerbum: pro illorum in deũ:maximum optimũ:calcandis admissis:& cõmentis:coram gabriele phanensi.Reuerendissimo Cardinale Vibinate:tunc umbrie legato:de hoc ad me dubitátem:unde donatus oriundus fuerit tale dederit carmen.post Christi dei nostri:diuipare uirguncule nati:annũ millenũ quingentenum decimũ.Editus in libica donatus dicitur urbe. Qui iam grámatica tantus in arte fuit. Inculto potui tátum hec tibi scribere uersu.olim donato que fuerit patria auocat a doctis:nam me uindemia musis.Cogit & inuersus multa referre breues.libera cum fuerint positis mea pectora curis: plura soluta leges.uel pede clausa suo: quicquid sit de his hacterus ex dioneo:quo fit.ut & adhuc sub iudice lis sit.an hic donatus i terẽ.

¶ Carm̃ maturancii.

cium cōmentarius edidit:uel etiam fuerit diui Hieronymi prece. ptor.nec miror.quoniam temporū uetustate.res ipse. & rerum nomina mutantur.hoc liquido patet de urbibus.& urbium conditoribus quoꝝ nullū uel rarū exemplar ueri nominis datur. plures ciuitates certāt de homero cuias fuerit.nuper & duo proprie tantū mentis non ueri compotes se mihi obiciunt de natali solo gloriosissimi doctoris.diui Hieronymi dalmate.quem blondus scripsit ortum fuisse in oppido stridonis.quod ipse.& quidam ex eremo q̄uis clara ambrosio redolente nectare.cuculatus egrediens calepinus.dixerunt esse in agro iustinopolitano. ignorantes cosmographyam illyrici soli.hoc enim oppidū.nec loquantur ex auditu sed ex certa scientia.est iuxta curuancam montem.aquo & populi croati dicti sunt.& bauari quos uulgus baicos appellat supra istriam extra terminos iustinopolitani agri.& hoc fuit quondam confinium dalmacie.& pannonie superioris . iuxta ceciū montē qui disterminat pānoniā superiorem a norico.unde & diuus Hieronymus oriūdus fuit.In agro igitur norico est hoc opidum . nō in istria.quare caue blonde ne dicas.hoc fuit cōfinium pannonie & dalmacie.ergo est in istria.quia hoc dictum est in comparatiōe norici soli taceant ergo immo sileant.nec se facile credāt opinioni.& ꝙ dicāt uerū quia in scriptis aliquid adduxerint que nisi bene prius castigata fuerint a uulgo probari poterunt non a doctis ommitto que blondus dixit de litterarū illyricaꝝ doctrina.de oppidulis circa stridonē.de ambitione eius.qua tantū uirū noluerit esse prouincialem sed italum.detur uenia cui dari possit . quia in utili questione & noua maluit propriam gloriam querere.q̄ ueritatem predicare.ambo igitur errauerunt blondus scilicet. & calepinus.sit ergo dalmata.hanc q̄uis dixere ueteres dari ab epidauro ad ticium flumen a quo liburniam ad pollam.nunc tamen tota illa litteralis ora & eius continens generatim dalmatia dicitur ut eius princeps regio.de qua q̄uis in me ingrata patria . non natali solo.quo illam non amamus qua sit magna aut clara sed quia nostra.uerum enimuero.quibusdam malis bardulis.plura in nostra illyride tetigi equestri pede.prudens hac ebasi usus sum. nunc uero eo quo tendit animus sit opus incepto. absit postremo liuor edax.nec me putent purum grāmaticum his nostris in hāc artem a tot seculis collapsam absit ambitio.a me supradictis.commentariolis.quoniam intellectus me sponsa delectat phylosophia . cur hoc fecerim dictum est.& dicam.

¶ De natali solo diui hieronimi.
¶ Clarus eremitan⁹ ordo
¶ Ubi ē strido oppidū.
¶ Pannonia duplex.
¶ Subita editio opis quā tū nocet.
Errat blōdus
Errat calepinus.
Diuus hieronymus dalmata.
¶ Dalmatia.
¶ Ingrata patria.
¶ Pulchrum dcm̄ ꝓpriū.

M. Jo. Policarpi: Seueritani: Sibenicensis: dalmate: predicatorum ordinis: in dionisij: apollonij donati: octo orationis partes: iuxta libros octo: cõmentarius.

¶ Quid est grãmatica.

¶ Quare auctor dicit ianua.



Donatus: tractaturus de octo orationis partibus: ipsius grammatices: que est recte: loquelle: recteq; scripture ars: ad omnia in ea declarãda: proemiolum premittit. Ianua sum rudibus: non q ipse fuerit primus omnium: qui hanc artem tradiderint: sed quia q̃ breuissime. & quibus opus est: grammatices cognitionẽ docet. se ad hanc artem capescendam: esse dicit ingressum: & methodum: ut sine qua: neq; hanc: neq; ceteras artes: aut scientias: se quisq̃ nosce perfecte credat: quo ab utilitate: auditorem beniuolum reddit.

¶ Ianua qd sit: & uñ dicitur & ab ea composita.

¶ Dionisij apollonij donati: in octo oratiõis partes grammatices prohemiolũ.

¶ Ianua: pricipium dicta est a Iano deo: cui omne pricipium dicatũ sit: hinc ianitor: & ianitrix: quib⁹ ianue custodiat demandatur que & hostium dicitur.

¶ Janua sum rudibus: primã cupiẽtibus artẽ
Nec sine me quisq̃ rite peritus erit:
Nam genus & casuz speciẽ numerũq; figurã
His que flectuntur partibus insinuo:
Pono modũ reliqs: qd cõpetat optie pãdẽs
Et quam non doceam dictio nulla manet
Ergo legas: studiũq; tibi rudis adijce lecto::
Nam celeri studio discere multa potes:

stium dicitur: ita tamen q Ianua sit domus: hostium uero partiũ que tamen sepe confundi solent: rudibus imperitis imperfectis: rudis enim dicitur asper: inperfectus homo a quo rudit as igenii obtusit as: primã artem: grãmaticã: primã ordine doctrine: & quo ad nos: de positiua grammatica intelligit: non autem regulari: uel de ceteris artibus: que: quo sunt: & entitatis: & nobilioris subiecti eo priores esse grammatica necessum est: artem: non scientiam: quoniam plurium regularum copiam dicit: quibus eius habetur perfecta cognitio: quod & ars significat: regularis uero grammatica scientia est cõmuni uerbo: quoniam illorũ rationẽ reddit: que instruit: & nec certis auctoribus: uerborũ significationes: & sensuum uel cõstructionis approbat: ut positiua. Nec sine: me quisq̃: attẽtũ.

¶ Rudis: ruditas.

¶ Qũo grãmatica ẽ scĩa & qũo non.

a difficultate auditorem reddere conatur:sine me:recte nil intelligere poteris.peritus doctus:a perio uerbo quod est doceo : unde imperiti:indocti:inexperti:a quibus peritia:& inperitia rite recte: ut inquit Varro:quod rite fit:id ratū:& rectū est.Namgenus & casum:auditorem docilem reddit.hic enim accidentibus. octo orationis partes de quibus memini:flectuntur uariantur: curuantur: a quo:flexus flexio:flexibile: qđ torqueri seu curuari potest. Insinuo coniungo:& quasi insinuum committo.Iustinus cui se celeriter effici:cōmitandi:& obsequēdi gratia insinuauit: & per methaphoram:latenter in audiētis ueluti sinum mittere quid significat & non aperte exponere.Pono modum reliquis:modum rationē: quare sit scilicet alicuius generis:casus:speciei:numeri:figure: uel declinationis:& sic de aliis accidentibus:modus proprie rationē significat:a quo:quomodo:& quemadmodū dicimus : idest qua ratione:non solum scilicet docebo:qualis sit accidētis sed & quare:ut purus grammaticus intellige tu absolutus a recto : & regulari mentis discursu:pandens aperiens apando uerbo:Ergo legas hortatur ad acquirende artis continuationem:adice.adiunge: studium:diligenciam:diligenter ad litteras: quia studium est uehemens applicatio animi ad aliquid agendum . Nam celeri studio: continuo:accellerato:tale enim studium:perfectum reddit hominē:teste prothagora:sicut pulchritudo pficit iuuentutē:sic ꝯtinuatio cū delectatiōe pficit opus:discere:multa potes:ꝯsumatus fies.

Peritu a perio uerbo.
Rite.
Flector.
Insinuo.
Modus.
Studendi modus.

## Dionisii:apollonii:donati:octo partiuꝫ orationis.Liber Primus de nomine.

Poeta:que:pars est:nomē est. quare est nomen : quia significat substantiam:⁊ qualitatem propriam vel communem cum casu.

Poeta que pars est: absoluto prohemio:erothematice tractare īcipit de octo partibus orationis: Primo de nomine: raro: uel nunq̄ exponam hūc auctorem aliis uerbis : q̄ illis quas purus grāmaticus exquirit:nisi ubi magnopere opus fuerit : ad declarandā qñqꝫ debilis ingenii uim:qualis sepe uisa est apud plures grāmaticos:puram ꝓfitētes grammaticā qui uacui intellectu aliaꝝ scientiaꝝ : exponūt ut legunt:& non discurrunt:qualis discursus est apud mancinellū de uerbo exulo:ubi dicit non dici exulo a te.Sed te:& citat senecā in thieste crimine alieno exulat:non aduertens hūc ablatiuum dicere causam sine qua non:& non actum agentis in aliū : exquisitū

Errat mancinellus.

a uerbo cum a uel ab: ommitto innumeros horum grammatico-
rum errores: ne magis carpere q̄ exponere uidear. ¶ Poeta que

¶ Numerus ꝑtiū orōnis

pars est: dixere quidā pauciores esse partes orationis q̄ octo: ut peri-
pateticorum princeps Aristoteles: duas dūtaxat nomen & uerbū
ut principes omnium partium orationis: sole enim ipse elocutio-
nem perfectam cōplere possunt: & sine ipsis: pars orationis nulla
hoc efficit: sic cicero: orationes: sic maro poema fecit: stoici quin-
que: plerique nouem: alii decem: alii undecim: grāmatici: octo: quorū
opinione secutus tot esse dico: nomen: scilicet uerbum: participiū:
pronomen: prepositionē aduerbiū: & interiectionē qua greci peni
tus carent ceteris tamen: eam inserunt: latini uero: articulū prono-
mini tribuere sunt soliti huius pluralitatis ratio talis est quia sicut
ex materia: & forma: compositum fit sic & orationē fieri necessum
est: ad orationis ergo perfectionem opus est ut aliquid concurrat

¶ Quare sūt inuente partes orationis

quod se habeat per modum materię ut quid alicui subicibile: & ta
le erit nomen: & aliquid cui id tale subiiciatur quale est forma: &
hoc est uerbum: & quia talis materia: non in omnibus uerbo con-

¶ Quare inuentū est nomē. & quare uerbum.

uenire potest: quia omnia sunt tertiarū personarū cum uerbis pri-
mę & secundę personę construi non poterāt: necessaria fuit in pri
ma: secunda: & tertia persona: pronominis inuencio: ratiōe diuer-
sorum modorū significandi: quoniā quedam pronomina signifi-

¶ Quare inuentū est ꝓnomen. & q̄re potest poni prope nomen. & quare non.

cant relatiue: quędam demonstratiue: quedā prope: propius: & lō-
gius: & hanc obrem quidā pronomen ipsum: iuxta nomen posue
re: quia pronomē ponitur pro nomine proprio. Quia uero uerbū:
quod se habet per modum formę: non poterat in transitiue obli-
quis nominū adherere: uerborū translatio in clausules figuras ne
cessaria fuit: ut legentis papirii: quia licet nominatiuus nominis
construatur cum uerbis in transitiue: ut polideus cātat: hoc tamē

¶ Quare inuentū est participium.

cum obliquis nominū fieri non poterat: necesse fuit participium
inueniri: ut sit sumptum iuxta uerbum: loco ipsius construeretur
cum obliquis nominū in transitiue. ut hoc opus est lelii: a policar
po lectiones audientis: hic obliquus lelii construitur intransitiue
cum hoc participio audientis: cuius etiam participii inuencio uti-
lis fuit: ratiōe nominatiui casus: quia duorū uerborū actus: uni no
mini sine coniunctione coniungi nequeunt: ut audio studeo: nā
nisi dixerim audio: & studeo: oratio non bene quadrabit: sed ut
breuior fuit elocutio: elegantior: & clarior: audiens studeo: dicam

¶ Quare inuenta est prepositio.

& hanc obrem participiū: inuentum fuit. Quia uero nomen & uer
bum: se ipsis significare augmentū: uel decrementū non poterant
prepositiones adinueniri oportuit: q̄ his hoc significarēt cōposite

eius ratione

eius ratione cui iūgi possunt ut hoc uerbum doleo per se sumptū dolorem significat cui si addatur cū dolorem similem ostēdet ut condolemus frontonis obitum idest simul dolemus:uel si addideris de uel multum dolere significabit:uel non:nam de aliquando auget:aliquando minuit:& sic in ceteris uerbis. Et in nominibus ut si dixero fulgidus:solum fulgorem significabit:si uero ei addere ris hāc prepositionem pre fiet prefulgidus ualde fulgidum significabit:& sic fuit necessaria prepositionis inuentio:quantum ad cōpositionem:etiam eam haberi necessum fuit:ratione appositionis respectu:nominis:pronominis:& participii:quia prepositio casualibus apposita prebet loquendi modos:& quia uerbum quod uidetur habere rationem forme aliquando in oratione ponitur sine aliqua determinatione quam ei prestat aduerbium ut cum dico socrates legit:actus huius uerbi est indeterminatus quia tamen determinatur per aduerbiū puta bene:uel male legit:aduerbium datum est:quia etiam uocibus:uel aliquibus motibus corporis affectus animi & exprimi solent:ut cū timemus:gaudemus: dolemus uel miramur:interiectione opus:quę doloris:gaudii:timoris:spei uel admirationis significet:& dicuntur interiectiones:quia exclamatione:uel alio:quo uis affectu interiaciūt animi pulsum ad manifestandas ipsius passiones:& quia nec nomē nomini:nec uerbū uerbo:ad perficiendam orationem sine medio coniungi possunt coniunctio utilis extitit quoniam hec oratio non est bona: papyrius:lelius:student:nisi coniunctio addita fuerit ut dixerim: papyrius:& lelius studēt:nec quadrabit hec elocutio:sempronius:legit studet:sed legit:& studet:ex his patet:partes orationis esse tātum octo:& nec plures:nec pauciores:nec opus est tantum una parte orationis:puta participio:q̄uis habeat nominis:& uerbi iura:quia scilicet partem capit utriusq3:ex quibus perfecta fit oratio : hoc tamen implicite participium habet:non explicite:quia suapte natura non potest orationem perfectam reddere:sicut nomen & uerbū nec tantum duę partes orationis sunt:puta nomen:& uerbū : q̄uis ex illis perfecta oratio cōfici possit:tamē quo ad bene esse ut physicis uerbis utar:ad orationem:perfecte clare:& dilucide integrandam plures q̄ due sunt necessarie:ut diximus:auctor ergo de octo orationis partibus determinaturus. Incipit a nomine primo ratio est quia substantia precedit accidens:uel quia agere:& pati proprium est substancię:& hec posteriora sunt substancia:cuius his interest subici:hanc obrem erothymatice incipit a nomine : huius artis tyrūculis obnoxius. Poeta que pars est. Poeta:a pyeo grece: qd

¶ Quare inuentū est aduerbium.

¶ Quare inuenta est interiectio & unde dicitur

¶ Quare inuenta est cōiunctio.

¶ Due partes orationis sūt necessarie : alie ad bene eē

¶ Quare primo incipit a nomine

¶ Poeta un.

de dicitur: & quare ĩcepit abhoc nomi ne poeta.

¶ Hec dictio que quomo- do tenẽt hic.

latine fingo ſignificat recte ab hoc nomine ſuum orditur princi-
pium:ut ab excelſo humanarum litterarum opifice:ſine cuius arte
nullus fit clarus grammaticus. Que pars:hec dictio:quę interroga
tiue ponitur inter quas ſcilicet partium orationis:hec dictio poe-
ta ponitur:an ſcilicet ſit nomen uerbum:uel alia pars:& non rela-
tiue:quia relatiua dictio incipiens.a.c.uel.a.q.nõ poteſt ab una &
eadem dictione cum ſuo antecedente regi:ergo quum hec dictio
quę & hec dictio pars ab una dictione regantur: quę hoc in loco
nequaq̃ relatiue teneri poteſt:nec infinite:quoniam nihil indeter-

¶ Nois mul- tiplex accep- tio.

minatum temptat:ut quum dicimus:neſcio quis currit. Nomẽ eſt
reſpondet hanc uocẽ que poeta eſt:poni in hac oratiõis parte que
nomen eſt:non illud nomen quod pro decore:cognatione:& di-
gnitate ponitur. Virgi. auulſumq́ humeris caput: & ſine nomine
corpus:nec pro generoſitate:ibidem libro.ii.Geor.aut pomis ſua
nomina ſeruant:nec pro generis nobilitate.ex qua nomen fit: qđ
ſignificat famã:idem & nos aliquod nomenq́ decuſq́ geſſimus:
& illud phylonis uerbum:melius eſt nomen bonũ:q̃ diuitie mul-
te:nec pro gente maro:noſtrumq́ in nomen ituras: nec pro debi-
tore:ſeu debito:aut credito quod feneramus quoniam eorum no
mina qui uſuras erant ſolituri in feneratoris calendario ſcribi ſole
bant & quicunq́ aliquid debebat:cicero lẽtulo:ut bonum nomẽ
exiſtimer adeptus:ideſt bonus debitor. ſuetonus:& que in ſingu-
los annos ſtipendii nomina impoſuit:nec pro omni eo quod lo-
quimur:quia ſic omnes partes orationis nomina ſunt:nec pro cu
iuſq́ ſingulorum nomine quod ſit captũ a noſco uenit quaſi no-
uimen:quia noticiam faciat rei quã noſce cupimus uel quaſi nota
men uel a greco:quod eſt / onoma / abiecta.o.ſed pro una oratio
nis parte propriis qualitatibus ab aliis partibus diſtincta:quare eſt
nomen:loco pręceptoris quęrit:quod ſcire tyronem artis exoptat
quia ſignificat ſubſtantiam & qualitatem propriam uel comunẽ
cum caſu:reſpondet tyrunculus & reddit rationem:quare poeta &
cętera id genus ponitur inter octo partes orationis:& dicit eſt in
ea parte quę dicitur nomen:pulchre declarans:quare eſt nomen:

¶ Quid ẽ no mẽ apud grã maticum.

& quid eſt nomen apud grammaticum:quia ſcilicet ſignificat ſub
ſtantiam & qualitatem propriam uel cõmunem cum caſu:ideſt il
lud dicitur eſſe nomen de quo ut de primo ſubicibili aliqua ora-

¶ Quid ẽ ſb ſtantia in no mine apud grammaticũ

tio formari poteſt:& quia tale eſt nomen:ideo poeta cui tale hoc
accidit:ponitur in hac orationis parte:quia ſubſtantia in nomine
dicitur omne illud apud grammaticum:de quo aliqua oratio for
mari poteſt:uel de quo aliquis loqui poteſt:& quia de qualibet re

potest fieri sermo:ideo illud tale uel sit accidens ut albedo:uel sub stantia ut homo potest dici substantia in nomine:qualitas uero in nomine potest dici omnis actus rei de quo demonstratur aliquid per impositionem sui nominis:uel est ipsa proprietas:per quã res per nomen significata:uni uel pluribus conuenit:& sic est propria uel communis qualitas:per propriam lucretius est nomen propri um:per cõmunem:homo est nomen appellatiuum: & sic nomen significat substãtiam & qualitatem propriam uel cõmunem : qua ob ré dicamus hic non capi substantiam ut capitur a phylosopho pro non existente in alio:quale est accidés:cuius esse est in esse sub iecto:nec qualitas grammatica habet rationem physicam : uel lo gicam ꝙ sit accidens secundum quod tales esse dici possimus que cunqꝫ ergo nomina si capiant uerbi distributiõem:uel per se sicut nomina substantiua:uel cum alio sicut nomina adiectiua: dicũtur significare substantiam:& qualitatem:que si a pluribus participatᷣ est qualitas communis:si ab uno est propria:secundum significa tum rei non secundum uocem:aduerte tamé ꝙ nomina negatiua cõmunem qualitatem significare dicuntur:ratione suppositionis ex uolentis institutione aliquid significare:& hãc cõmunem qua litatem:significant nomina appellatiua: substantia : & adiectiua: quare non falluntur quidam qui dant hanc declarationem:nomẽ significat substantiam & qualitatem:idest omne nomen ex signi ficandi modo aut est substantiuum:a ut adiectiuum:& qualitatem hec coniunctio & non dicit diuersitatem:quia sic omne nomẽ ex eadem impositione significaret diuersa:& sic bene cõcordaret no minatiuus singularis numeri:tertię personę numeri pluralis ut si dicerem fabius currunt omne etiam nomen esset equiuocum uel omoninium:non ergo illic ponitur hec coniunctio & copulatiue simpliciter:sed informatiue:ut sit sensus:nomen significat substan tiam & qualitatem:idest nomẽ significat substantiam informatã qualitate ex significandi modo ratione eius de quo ut de primo subicibili elocutio formari debeat non intento uero aut falso qa hoc ad talis ueri:uel falsi indagatorem dialeticum pertinet: quare hec duo:substantiam & qualitatem:ponuntur loco unius: cũ casu non cum alio accidente:puta specie:figura & cęteris:quoniam su bito ex hoc ꝙ nomen significat substantiam de sua institutione:si gnificat substantiam & qualitatem:in nominatiuo:opus est ut ca dat in obliquos:qui non uere casus:sed obliqui dicuntur:nam res dicitur cadere in obliquos:quia scilicet declinatur: idest uariatur per obliquos:ex uario mentis affectu:significando ipsum per no

¶ Quid qua litas simĩr.
¶ Quid qua litas propria quid cois.
¶ Q̃uo no men signifi cat substãtiã & qualitaté
¶ Hec cõiun ctio & q̃uo capitur hic.
¶ Quare sũt repti obliq ultra rectum

men:cum caſu:ideſt per uarias finales terminationes : & ꝗuis duę
orationis partes caſibus declinentur puta pronomen & participiũ
hoc eſt per accidens:ex conſequenti ea ratiõe qua nomini ſubſũt
ex proprio ſignificandi modo quibus omnibus nomen differt a

¶ Qũo nomen ſignificat per modũ habit⁹ & quietis.

uerbo:quod & ſub aliis uerbis dici ſolet nomen ſignificat per mo
dum habitus & quietis:& determinate apprehenſionis:quia ſcili
cet ſignificat ipſam rem in ſe permanentem non in aliqua ſucceſ
ſione & temporis differentia:& quietis ideſt ſub aliqua determina
ta forma per quam diſtinguitur ab aliis orationis partibus. Nec
capit illic quies pro motus priuatione:quia talis quies mẽſuratur
tempore:ſed capitur hic quies pro forma acquiſita & completa ꝑ

Varia nois diffinitio.

motum:ad hunc ergo ſenſum dicitur:nomẽ ſignificat per modũ
habitus:& quietis:ideſt ſignificat rem ſub alicuius ſucceſſionis in
differẽtia que omnia inportat uerbum:ſic ignota uera huius artis
theorica dicere ſolent:nomen eſt quod ſignificat per modum per
ſe ſtantis:uel ꝙ ſit ſubſtantia ideſt ſubiectum:& origo uerborum:
ut ab amore oritur amo uerbum:a timore timeo:amare & timere
ut prius ſit res:deinde uſus rei:quia nemo ſine amore amare pote
rit:nec timere ſine timore ut re:ipſa liquido patet:qui & oſtendit
ex nominis ad ipſum uerbum ſuppoſitione ut amo uirtutem:& ti

¶ Declaratõ diffinitionis nominis ad mentem priſciani.

meo deum. Quidam uero ut priſcianus cęſarienſis poſtremo dicit
nomen eſt pars orationis:corpus aut rem: proprie cõmuniterue:ſi
gnificans ideſt illud apud grammaticum dicitur nomen quod ut
ipſi uerbo ſubicibile in elocutione:ſignificat corpus ideſt rem cor
poream uiſu uel quo uis ſenſu perceptibilem: aut rẽ indifferenter
ſub propria uel cõmuni qualitate quecunqꝫ ſit illa corpus uel ſpi
ritus:quo abſoluitur dubium an incorporea ſint nomina qualita
tibus nullis obnoxia:puta deus uel qualitates & cętera accidentia
quod ita eſſe uerum:oſtenſum eſt ſupra:que dixim⁹ primo conue
nit grãmatice horiſtice:deinde methodice & exegetice:que illam

¶ De partib⁹ grãmatices remotis & ꝓpinquis.

ordine proprio ſecuntur partes cuius remotas eſſe nulli dubium
eſt litteras ſillabas dictiones:& orationes:& horũ accidentia qua
lia ſunt littere que eſt ſignum elementorũ:ipſum uero eſt litterarũ
pronũciatio:quarũ accidentia tria ſunt nomẽ littere figura ſignũ

¶ Quid ẽ littera & quot accidunt littere.

ipſum & poteſtas eam pronunciandi qua una queqꝫ uox proferri
poſſit aut alte:aut late:aut longe:quarũ numerus non excedit unã
ſupra uiginti ꝗuis pſylon ſit greca uocalis &.h.tantũ ſignũ aſpira
tionis non littera:& uocales quinqꝫ:conſonantes ſedecim: mute

¶ Quot ſunt littere latine

nouem:ſemiuocales ſeptem:liquide duę tantum quoniam raro re
peri en pro liquida em uero nũꝗ:quot autem ſint uocales prepo.

ſitiue:& ſubiectiue:& quare tales dicant hoc patebit duplex q̄ ſcilicet pro duabus capiuntur litteris ſunt.x. &.r.i.o.u.i. in principio dictionis ponitur pro duplici conſonante:ut iuno iupiter:& in medio ut in compoſitis ut recte in medio uero dictionis ſimplex eſt duplex ut maia maior:quandoq̧ tamen fit uocalis per littere diſſolutioné. Vir. Iulius a magno demiſſum:nomé iulo:ratio huius eſt quia iulo cū ſit dictio biſſillaba fit triſſillaba & aperto ore profertur:quando uero eſt conſonans profertur preſſis labiis.u. uero poſitum in principio dictionis ſequente uocali ſit conſonans ut uiuo ratio eſt quia ex hoc exilem ſonū habet:quando uero ipſum u.eſt poſitū inter duas uocales ut patet ī preteritis tertie & quarte coniugationis fit duplex:& ipſum.i.precedens producitur:quo.u. ſubtracto.i.corripitur ut cupiui cupii cupiueram cupieram fit etiā breuis quando.q.littera procedit ut ſequor & quādo ſequitur uocalis ut aqua ſimiliter:fit etiā breuis ipſum.u.quādo.s.ponitur inter.g.& uocalem ut ſanguis uel quādo ponitur inter.s. &.a.uel.e. ut ſuadeo:& ſueſco:quando tamen exiſtens conſonans capitur ꝓ uocali correpta:ut ſilua:quia in dictione fit ut triſſillabum: ut oratius aurarum:& ſilue metu:ut aura:ret:ſilu:emetu:quandoq̧ ex uocali fit cōſonans. Vir.in Geor.neq̧ ille:ne quicq̄ in tectis certatim tenuia cera:ſpiramenta linunt:uocales prepoſitiuas dicam tres.a. e.o.ideo prepoſitiuas quoniam ſemper preponi ſolent: ſubiunctiuas uero duas.i.&.u.que ſubiuncte prepoſitiuis diphtongū ſemp longā efficiunt:quo quinq̧ uocales eſſe cognoſces:diphtōgos latinas quatuor tantum:ae.oe.au.&.eu.apud grecos ſex

abuſiue quatuor:quarum.ae.&.oe.modo ſunt breues:modo longe:& in carmine in quo poetam oportet aduertere tēpus pronūciationis non litterarū numerū aut orthographiam. pręcipue ſequente uocali ut ſudibus ue preuſtis:unde.ae.& oe.in latinis dictionibus ſemper breues ſunt quia naturaliter continent unicum tempus & ſemis:& hoc in medio dictionis ſequente uocali ut dictum eſt:& ratiōe ſequentis dictionis:ut inſule ionio in magno: longe uero fiunt diphtongi in genitiuo & datiuo ſingulari:nominatiuo:& uocatiuo plurali declinationis prime:& pre prepoſitio ubicunq̧ ſit diphtongo longa erit:uel conſonante ſequenti etiam in grecis non ſequente uocali:hoc in latinis quādo uocalis ſequit minime ſeruari poteſt:quia tunc diphtongus ſemper breuis eſt:ae &.oe.poni poſſunt:in principio in medio & in fine dictionis ut equor:cōmedia & muſae:oe.nunq̄ profertur q̄uis ſcribat.ae. oib⁹ litteris preponitur.au.&.eu.ſemper longe ſunt: ratio eſt quia in

quot uocales:quot conſonātes quot mute:quot liquide.i. &.u qūo ſunt uocales:& qūo conſonātes.

¶ Virgilius

¶ Que ſunt uocales: ꝑpoſitiue: quot ſubiunctiue

¶ Quot ſunt diphtongi & qualis earū natura

¶ Qui caſus diphtōgant.

utroq̧ pede duarũ uocaliũ ſonus integer ſeruatur in una ſillaba:&
quia conſtat ex duabus litteris que ſuapte natura breues ſũt: & ex
integratione ſillabe fit duarũ breuiũ unũ tempus longũ:au.&.eu.
ponitur tantũ in principio & fine:ut audio eufrates.orpheus: niſi
ubi.a.uel.e.reperiuntur ante us in fine dictionis tunc ibi nulla eſt
uis diphtongi:ſed duarũ uocaliũ ut nicolaus:quod & in his litte-
ris euenit ſcilicet.o.&.e.cum ſcribuntur & proferũtur ut poeta ubi
oe non habet rationẽ diphtongi: tamẽ in dictionibus latinis due
uocales ſimul non diuiſe ſonant ideo habent uim diphtongi: ut

¶ De natura uocalium

laus.fraus.heus.prepoſito de quinq̧ uocalibus que ideo hoc no-
men ſorciuntur quia ſine earum incluſione nulla uox formari po

¶ De natura conſonantiũ

teſt de conſonantibus ut de accidentibus littere dicam & de cęte
ris poſtq̃ remotas partes grãmatices horiſtice tetigimus:conſonã
tes que ſunt ſedecim.b.c.d.f.g.k.l.m.n.p.q.r.s.t.x.z. quia uocali/
bus iuncte ſuum retinent ſonũ non plures q̃ tres in eadem ſillaba
uocalem poſſunt precedere:ut ſtrepo:& tres tãtum ſequi ut ſtirps:
& due ut monſtrans:& quatuor dictionẽ terminant poſt uocalem
ut.c.s.t.x.quia ſi quandoq̧ aliqua dictio in duas conſonantes deſi
neret:tunc neceſſe eſt priorem conſonantem fieri liquidam: & ꝗ
ſequens in.c.finiatur ſola hac littera.n.precedente: ut hinc. hunc
uel in.s.ut ars & mõs.uel in.t.ut dicũt.uel in.x. ut arx. ſũt tñ apud
latinos quedã que deſinunt in.p.&.s.ut princeps:& apud grecos
in ps & in.b.&.s. ut celebs: omnes alie conſonantes in eadem ſil-
laba poſſunt precedere:& ſubſequi.ut.b.ante.d.ut abdomen.&.b.
ante.l.ut blãdior &.c.ante.l.ut clarus.& ante.m.ut dragma:& an-
te.n.ut cneus:ante.r.ut creber.ante.t.ut lectus:& quandoq̧.r.poſt
c.t.ponitur ut ductrix.d.ante.l.ut abdolas:ante.m. admetus. ante
n.ariadne:ante.r.drago.f.ante.l.fluuius.ante.r.frater.g.ante.l.gla
dius.ante.m.agmen.ante.r.gratus.l.nullam conſonantẽ precedit
in eadẽ ſillaba:ſed ſemper ſubſequitur:m.raro cõſonantẽ in eadẽ
ſillaba precedit poteſt tamen reperiri ante.n.ut amnis: nullam tñ
ſillabã terminat ſi eã ſequatur.n.aut.r.niſi interponatur.p.n.ſemp
ſequitur in ſillaba eadẽ ipſam conſonantem.p. ponitur ante.l. &
ante.n.ut planus:te rapne ante.r.preda.& ante.ſ.ut capſa: nec ſer/
uat deriuationem a capio ante.t.ut aptus.p.non poterit dari inter
m.&.n.q.ſemper in eadem ſillaba conſonantem ſequitur.r. ſimili
ter.s.quando illud ſequitur.b.in eadem ſillaba ponitur ut asbetus
&.c.ut ſcutum.& poſt.c.quando illud ſequitur.l.ut aſclepiades:&
ſequentibus.m.ſmirna.q.ut ſquallor.p.ſpes.l.ſplendidus.r. ſpret⁹
& ante.t.ſtratus.hoc fit &.l.ſequente ut ſtlophus.r.ut ſtratus. & q̃

uis.s.nõ possit poni ante alteram mutarũ:tamẽ in fine sillabe oẽs liquide possunt poni ante.s.ut puls.hiems.mons.ars.t.uero ante.l ponitur in eadem sillaba ut athlas:& ante.m.ut tmolus.& ante.r. ut tractus:nunq̃ reperies.x.in eadem sillaba poni ante aliquam cõ sonantem:uerũ enimuero ante ipsum.x.poni solent oẽs liquide preterq̃ ipsum.m.ut arx:nec postremo.r.nec duplex que ius sit illa in principio alicuius sillabe precipue cũ sequitur cõsonans nec post consonantem potest poni in eadẽ sillaba:de mutis non est dicendum aliud nisi q̄ sunt nouem: & hec tantũ.b.c.d.f.g.k.p.q.t. quia in ipsas uocales earum desinat sonus a se ipsa depresso ore & medio hiatu incipiens:liquidas ex hoc dici nosces quia liquescũt quoniã scilicet sillabam in eadem dictione sequẽte muta post uocalem cõmunẽ reddũt preterq̃:in hoc nomine saluber & salubris ubi uocalis nunq̃ breuis extat:& quoniam declaraturus partes remotas gramatices horistice tetigi litterarũ cõbinationẽ. Quedã utilia de sillaba tangã quã dicunt grãmatici esse litterarũ coniunctionẽ ad minus duarũ uel triũ sub accentu uno & uno spiritu prolatã dictã a uerbo greco syllambanno quod est cõprehendo:uel a sin quod est com & labo capio:huius accidentia quatuor sunt tenor:spiritus tempus & numerus:tenorem uel accentũ uoco certã regulã qua sillaba elleuari & deprimi possit hunc & tonũ quidã dicunt:quorũ accentuũ:alius est acutus:alius grauis:alius circunflexus:acutus acentus est ille qui ascendit per obliquũ a parte sinistra:in dexterã hoc modo: / : qui hanc obrẽ inuẽtus est:ut eo possimus acuere:idest elleuare sillabã:& hoc cum eã cursim proferrimus:ut/arma in principio cuius fit hoc signũ:accentus uero grauis:est signũ quod descẽdit a summo in partẽ dexterã sic: \ :quo utimur:ut deprimat idest deponat sillabã:quo quasi raro utuntur latini q̃uis ecclesiastici sepe in epistoliis cũ sacra diis offeruntur: circumflexus accentus fit de acuto:& graui hoc modo: ^ : ut eo deprimamus:& acuamus sillabã:quũ eã tractim pronũciamus ut musa:datur etiã accentus preter supradictos longus:qui producit a sinistra parte in dexterã:per equalẽ lineã sic: — : linea breuis est que protenditur a sinistra parte in dexterã:panda tamen instar inferioris partis circuli sic: ◡ : tenuis uero est tenuitas que sic notatur: ɔ : crassus accentus est:quo utimur:quando aliquid scribim⁹ per aspirationis signũ:puta.h.& scribitur sic: ◡ : uel sic: ├ : accẽtu conuertente uti possumus:quando detrahimus alicui parti orationis:ultimã sillabã:uel litterã:remanente consonante:Virgilius Omnipotens genitor:tanton me crimine dignũ: duxisti pro tãto

De natura mutarũ & liquidarũ.

De sillaba utilia quedã & de accẽtib⁹

Vnde dicitur sillaba

Quot accidunt sillabe

Quid ẽ tonus sillabe: uel tenor

Accentus acutus.

Accentus grauis.

Accentus circũflexus

Accentus longus

Linea breuis.

Linea tenuis.

Accentus crassus.

Virgilius

ne:& scribitur sic : ɔ : altera pars circuli dextra:ad summã litterã posita:subiunctio fit quando:iuxta exigentiã:duo uerba copulamus:ut ante tulit:& est uirgula circũflexa:subiecta uersui sic : ᴗ : subdiuisio uero est pars dextra circuli: que deponi solet ad imas litteras:hoc modo : 7 : qua uti solemus:quotiens uidentur discerni uerba male choerentia:ut est apud maronẽ:tum danai gemitu atq; erepte uirginis ira:& procubuit:uiridiq; : 7 : in littore conspicitur sus:sed aduerte latinos acutũ accẽtũ in penultimo:& ante penultimo loco dictionis ponere solitos:grecos:& in ultimo circũflexũ:in penultimo grauis apud grecos ultimũ locũ sortitur: acutũ & circũflexũ integra dictio nunq̃ simul recipit sed alterã tantũ. ut si diceremus. Romanus. Hispanus. similiter in dictionibus cõpositis unus ponitur ut malesanus:hii accentus plurimũ conferũt q̃uis nunc quidã eos paruipendunt:quod tamen fieri nõ deberet: quoniã aperiũt intellectũ:& discretũ sensum:quare etiã dico ꝙ in peregrinis dictiõibus:quecũq; fuerint arbitrio nostro illis utimur qui accentus ex ipso sono cognoscitur. & hoc naturalis experiẽtia docuit illam sillabam habere accentum hunc uel illum & plus sonare que accentum retinet ut patet in eo qui longius clamitat : hoc accentu tamen latini in ultima sillaba locare sunt soliti ut puta in penultima:& ante ultima acutus : circumflexus in ultima:greci circũflexũ ponunt in ultima:& penultima:acutũ in tribus sillabis:aduerte tamẽ:q̃uis ipso iure accentus apud latinos in fine dictionis non habeat locũ hoc tamen fieri potest contra regulã ratione distinctionis ut cũ dicimus:pone ergo hec dictio pone in ultima sillaba habet accentũ ne uideatur esse imperatiuus modus huius uerbi pono ponis ponit itidẽ dico de hac dictiõe ergo ne putetur etiã accentũ quandoq; non seruamus ne simus ambigui an una dictio sint plures ut interealoci ideo profertur hec dictio & similes sub uno accentu:quandoq; & necessitas urget ut dictio in secunda sillaba accentũ habeat ratione coniunctionis sibi iũcte ut cũ dicimus legis ne cũ imprima fieri debuisset:& hoc semper fieri solet particulis encleticis idest inclinatiuis:quibus accentus a proprio loco remoueri solet:quales sũt. q;. ue. ne. te. similiter dicatur de hac dictione itaq; quando est aduerbiũ ut itaq; hoc factũ est a polideo idest:& ita factũ est:quando uero itaq; est coniunctio rationalis tunc tantũ pro una orationis parte ponitur ut itaq; dicã idest q̃obrẽ dicã:nam quando est aduerbiũ ponitur pro et. & hoc bene notandũ est. & quesieris grecas dictiones quomodo debeamus pronunciare:dico. eas accentu greco pronunciabis. greci enim

Marginal notes: Subiũctio. | subdiuisio | Maro. | Differẽtia inter grecos & latinos de accẽtu acuto & circũflexo | De peregrinis dictionibus aduerte. | Pone dictio. | De particulis encleticis | Polideus | Itaq; quot significationes habet

enim in accusatiuo casu:in secunda sillaba accentum habent: ut cyclopas:ratiōe metri:maro.xi.eneidos exulat etneos:uidit cyclopas ulixes:latini has dictiones mutantes in es:faciunt accētum in tertia a fine ut cyclopes q̄uis in genitiuo plurali secūda producat Vir.in tertio:Ignariq; uię cyclopum allabimur oris:dictiones uero naturaliter longas monosillabas accentu circūflexo pronunciabis ut res spes:& eiusmodi:positione uero longas:& breues naturaliter accuto accentu pronūciabis ut fax nex & his similia:quoniam indifferenter tales sillabe:accipi solent:si quę uero dissillabe dictiones fuerint quarum prima sillaba fuerit longa: secūda uero breuis:ut Roma tunc talis pronunciabitur accētu circūflexo: acuto uero:quarum ambe sillabe naturaliter longe fuerint: uel etiam positione ut leges:& princeps:similiter & natura breues ut bonus: sic & ille quarū prima est breuis natura:secunda indifferēs:ut ego uel longa prima positione secunda naturaliter breuis ut arma siue prima breuis & secunda positione longa ut arabs: ratio horū est quia licet sillaba talis sit natura breuis tamen quia fit positione lōga supradicto accentu profertur:qui non est naturalis trissillabas dictiōes & deinceps si penultimam correptā habuerint in antepenultima acuto accento pronunciabis ut tullius quoniā in talibus sillabis tertia a fine semper acuto accētu gaudet:Si uero prima positione lōga fuerit prima acuitur:nec grauatur ante penultima ut metellus romulus cuius prima acuitur quia mu.sillaba breuis est: cum uero secunda sillaba a fine:naturaliter breuis fuerit ut Romulus tunc semper primam acues:quando uero ex muta: & liquida longa sillaba in uersu:fuerit talis acuetur:ut latebre:quandoq; fiet econtra quia tales poterunt breues fieri:ultima uero breuis & penultima naturaliter longa penultima tunc circūflectetur:ut perosus ita q̄ supra mediā fiet illud signum:acuetur uero:si ultima naturaliter fuerit longa ut micene tali signo similiter ut tacto sillabarum ordine de arsi & thesi dicendum sit ut in unaquaq; orationis parte repertis pronunciando:quę quoniam accentus sunt difficiles:necessarie sūt cognitu:unde cum uox eleuatur dicitur arsis greco uerbo apud latinos dicitur eleuatio:nam apud grecos parateiro est id quod apud nos eleuo: Thesis uero est uocis positio qua utimur cum uox pro interuallo ponitur:ut cum dicimus natura tu habet rationem arsis quia elleuatur:ra uero thesis quia deprimitur:ratio huius est:quia ipsa uox dum formatur donec perficiatur accentus conuertitur inarsim:que sequitur in thesim: dictā aparathotimi quod est pono:distinctā in punctos ut in figurā di

¶ Virgilius.

¶ de uaria sillabarum pronunciatione

¶ De arsi & thesi.

¶ Arsis

Thesis.

¶ arsis & thesis: unde dicuntur.

ſtinguentē oratiōis ſenſus per cola:comata:& periodos: que hinc
dicitur poſitio:quoniam poſitis punctis facile orationis ſenſus di
gnoſcitur per coniuuctionem uel diſtinctionem partium fiat igit
Puncti ſūt octo.
& de punctis ſermo qui ſunt octo:ſuſpenſus geminus punctus: co
ma:colus:periodus:ſemipunctus : interrogatiuus : exclamatiuus:
Suſpēſiuuſ
uel admiratiuus:& parentheſis:ſuſpenſus eſt uirgula ſimplex : que
hoc modo fit: . /. qua utimur inter nomina ſubſtantiua:uel adie
ctiua uel inter uerba quę ſint aut modi finiti aut infiniti uel inter
prępoſitiones nulla interpoſita copula altero non ueniente ad al
terius determinationem:hec etiam neceſſaria eſt cum in pronun
ciationis initio nondum eſt plena pars ſenſus & tamen reſpirare
Geminus punctus.
oportet ut libros: . /. Gemino uero puncto opus eſt:cum clauſu
la habet quandam quietem maiorem inperfecto tamen ſenſu:aut
quotiēs ignoratur nomē alicuius propriū:hoc modo ſcribitur: . .
libros. / . ſuſpenſus:poſtea geminus punctus:ueſteſq; omnes ſequ
Coma
untur & alii ordine ſuo ut coma:cum clauſula iam perfecta uidet
& tamen adhuc aliquid reſtat de ſenſu perfecto quot idem eſt di
ctu ſubdiſiunctio apud latinos eo ꝙ talis ſenſus ſignatur comate
uel ſub littera:uel ad littere finem hoc modo:duobus punctis per
altum contrario modo gemino puncto qui duobus punctis cin
gitur per latam lineam ut libros./.bonaq; omnia dilapidauit ma
Colus:
lus epirota ſibinicenſis mihi:huic eminet a tergo colus qui iam p
fecto ſenſu in fine clauſule ponitur quem nos latine membrum ſi
ue internodum dicimus duobus concluſum punctis hoc modo li
bros./.bonaq; omnia dilapidauit malus epyrota ſibenicenſis mi
hi:nec miror quoniam ſemper ſpurcus & inſanus habitus eſt: huic
Semipūct⁹
iungitur ſemipunctus uel pūctus planus qui in calce perfecte ora
tionis ponitur tranſeunte ad ſequentem ulterioremq; ſententiam
ſermōe ut libros ./. bonaq; omnia:dilapidauit malus epyrota ſibe
nicenſis mihi:nec miror quoniam ſemper ſpurcus & inſanus habi
Sententia
tus eſt:ſed quid agam mala:amalis equo animo ferēda ſunt.hic fit
unus punctus periodo uero terminatur oratio ex precedētibus:ita
ꝙ ea que ſecuntur non ſint ex eadem materia:ſed ex diuerſa ut li
bros./.bonaq; omnia:dilapidauit malus epyrota ſibenicēſis mihi
natura mali epyrote ſibenicenſis.
nec miror quoniam ſemper ſpurcus & inſanus habitus eſt: ſed qd
agam mala a malis equo animo ferenda ſunt:hic enim & ſub par
uo ſidere natus quibuſdam uenetulis:conſcius ſuimet ſceleris : ne
a nobis grauius puniretur ꝙ̄ potuerit:ſeipſum nulli bone fame ob
noxius perdidit:& poſtremo ruet bardulus infelix:cui nullus unq̄
uir bonus ceſſit:ſed libertinus:cloacinus:uel uolupius cui⁹ ⁊. ſignū

tale est.7.quē greci periodum idest terminum dicunt latini distin ¶ Periodus
ctionem quia integram sententiam a sequentibus distinguit:nota
qualiter hoc & in uersu fiat nam ubi post duos pedes alicuius di-
ctionis sillaba remanet ibi uocatur coma idest precisio particule:
uel cesura que fit scansione ubi uero post eosdem pedes nulli di-
ctionis particuli remanserit dicitur colon idest membrum: totus ¶ Colon:
uero uersus appellabitur periodos hoc ut dixi signo.7. interogati ¶ Punctus in
uo utemur in interrogatione/aut post perfectam/aut post imper/ terrogatiuus
fectam orationem hoc modo? exclamatiuo seu admiratiuo excla- ¶ Pūctus ex-
mando & admirando ut si dicerem o indignum facinus:parenthe clamatiuus
sis est: quando diuersa oratio orationi interponit̄ ut postq̄ bar- aut admirati
di regnare ceperunt (haud ignota loquor) nullibi uirtuti incly- uus.
te locus datus est:& hoc modo fit( )dictio aptissimas sibi sillabas ¶ Parēthesis
comprehendit:oratio uero dictiones perfectum uel imperfectum
sensum generantes hactenus de remotis grammatices horistice
partibus absolui breuibus propinque sunt ethymologia dictionū ¶ Ethymolo
scilicet recta deriuatio orthographya eiusdem cum litteris & silla gia.
bis descriptio quod fit aut deriuatione:aut diphtōgo:aut positio ¶ Orthogra
ne:Sintaxis est pars methodice que constructionem docet de pro phya.
sodia idest quo uis accentu tactum est:exegeticā elegans uerborū
& orationis doctrina demonstrat in qua cum auribus:tum aucto-
ribus certis consulendum est:propinque magis sunt hec octo ora
tiōis partes quas auctor se docere ꝑmittit quarū q̄a prima nomē
est ut ex declaratis patuit: ad ipsius accidentia transeundum est.

¶ De accidē tib⁹ nominis

**Nomini quot accidunt: quinq̧: que: species: genus: numerus: fi- ra: ꝛ casus.**

¶ Nomini quot accidūt quinq̧ sibi accidunt acci dēte in separabili que sci licet non possunt nō cō- uenire nomini: que puta
species:genus:numerus:figura:& casus:ut principes eius partes nō
sunt plura accidentia quinq̧:nec his pauciora:quia accidentia ca-
pta iuxta eorum uoces:sunt tria:species:figura:& casus:penes rem
sunt genus:& numerus:& quia hec accidentia iuxta plura nomi-
nari nequeunt:q̄ iuxta hec duo:ideo tot sunt:& non plura:& quia
etiam res apprehenduntur ut uel a nullo dependētes:habentes sci
licet a nullo originem aliquam uel ab aliquo:sic ex hoc cōsiderat̄ ¶ Vnde con
species primitiua: & deriuatiua quo cognoscitur ethymologia: sideratur spe
uel sub aliquo sexu:& sic sequitur genus:uel sub aliquo aut pluri- cies primiti-
bus & sic fit numerus:persona sub genere:declinatio sub casu con ua & deriua-
tinetur:quādo uero ipsa res ab aliquo ut in suo esse perfecta:in nu- tiua.

mero consideratur:absolute aut ab alio composita:tunc dicitur resultare hoc accidens:figura simplex:uel composita:& ex his accidentibus res considerata sub aliquo respectu agenerat casum.

¶ Mons:qualis speciei est:Mōs est speciei primitiue:quare: quia a nullo deriuatur. Montanus:qualis speciei est. Montanus est speciei deriuatiue:quare:quia deriuatur a monte. Deus:qualis generis est:deus est generis masculini: quare:quia preponit̃ ei in declinatiōe:vnus articulus videlicet hic.

¶ Quare pri⁹ petit de spē

¶ Quare secūdo de gn̄e

¶ Quare tertio de nūero

¶ Quare q̄rto de figura.

¶ Quare quī to de casu.

¶ Mons qualis speciei: species prior ē ceteris accidētibus in nomine qa dictionis originem dicit ea; uero genus sequitur ut talis originis dispositio: imitans formam in ordine ad materiam numerus uero ī tertio loco ponitur:quoniam perfectū ex materia: & forma cadit in numerū: existēs hec res in numero:considerata aut absolute:aut ab alio composita hūc ordinem ex hoc sortitur figura:ultimo ponitur casus quia scilicet fine & terminatione ipsius dictionis cognoscitur:mons dicitur speciei primitiue quia a nullo deriuatur: idest quia ex sui significandi modo intelligitur:ut a nullo dependens in esse:non ratione sui esse intimi quod est a suis principiis intimis:nec sine externo sue nature principe:ideo montanus deriuatur:quia ut ab aliquo dependens apprehenditur non primo:sed secundo ab extrinseco puta ab ipsa montis in monte habitatione: unde species primitiua & deriuatiua non diuersificantur ex parte rei:neq; ex parte uocis:quia grammaticus non solum considerat uoces:sed & earū significationes sumptas a diuerso intelligendi modo rem in esse rei & ideo dici solet q̄ species est quedam proprietas nominis deriuandi ab aliquo:uel a nullo specierum plures sunt species: ultra primitiuam:& deriuatiuam comparatiua:superlatiua & nominatiua:patronimica: relatiua:omonima:synonima:& sic de infinitis que in suis locis declarabuntur & aduerte quando dicitur in textu qualis speciei:recte fit interrogatio per hoc relatiuū: qualis in geniuio positum & non per cuius:ratio est:quia cum cuilibet interrogationi debeat fieri conueniens responso:& econuersio cōueniens interrogatio ut ad hanc conueniens respōsio fiat debet dici q̄lis speciei & non cuius:precipue in genitiuo casu:quoniā esse speciei primitiue uel deriuatiue cum ipsius speciei dicat ex modo significandi quandam proprietatem sequentem eius quid & naturam necesse est q̄ dicat aliquod accidens & aliud ex nouem gene-

¶ Quare mons & cetera id genus dicunt̃ esse speciei primitiue uel deriuatiue.

¶ Species primitiua: & deriuatiua quo modo differunt: & quo modo non.

¶ Quare in omnibus qn q̄ accidētib⁹ ipsius nominis debeat fieri interrogatio: p qualis & nō p cuius

ribus accidentium ut patet clarissimis uiris sciētibus theoricas na
ture artes & scientias ut modum uel finem modi quales sunt phy-
losophia:mathematica:methaphysica:theologia & logica:q̄ ipsā
qualitatem per quale ergo fiat interrogatio non per cuius: pręci
pue cum quis sit relatiuum significans substantiam non aliquam
rei proprietatem & capi possit rellatiue:interrogatiue: & infinite:
interrogatiue ut quis currit.s.infinite idest ideterminate ut nescio
quis amet uirtute pręditos:nisi ironice futilis epyrota sibenicēsis
uel sequentes illius mala facinora quales talium plures fuere:& re
latiue ut quidam sibenicenses qui dant operam curis propriis ni-
hil uel parum curant litterariam uirtutem:putātes omnes doctos
stultos esse:scioli perhemnis fame:& quocunq; modo capias hoc
rellatiuum quis:aut in recto:aut in obliquo:semper:& quouis tri
um modorum dicet habitudinem ad rem q̄uis respectu alicuius
qualitatis ut hic liber cuius est respondebis lelii:nescio quis legit
uel cuius est hec possessio:ad rem primo possidentem non posses
sam sermo fit:& quia non solum rellatiua substantiam significan-
tia:sed & qualitatem:& quantitatem:& que uis alia his tribus mo
dis capi possunt:& esse primitiuum uel deriuatiuum dicat qualita
tem non substantiam dicatur qualis speciei non cuius:nec mirere
grammatice moderne hanc nouam interpretationem: quoniam
non est hec tui policarpi:sed ueritatis a tuo tibi policarpo excusse
nec me accuses iactantie:ambitionis:arrogantie:uel audacie aut
temeritatis uitio:uel cuius uis mali facinoris genere a quibus sem
per abhorrui: sed ut tibi liquido pateat:& nos qui a uobis gram-
maticis:fratres rudes latine lingue tyrrōes dici solemus quasi no/
bis non esset ingeniū tale quale uobis est:posse patefacere cupiā
quod clara ingenia delectare ualent precipue si altiora nature no
bis non sit nefas scrutari:cur nos ignorare barris elegantiam & la
tine lingue uerbula:uel forsan tales nos esse iudicas quia scilicet
non palam spurcos legamus auctores q̄uis elegantes: cum & sine
his clara oratio fieri possit hoc non dico moratis grammaticis:
sed quibusdam morosis quales & me semel orantem tudere agres
si fuere:ingenio hebeti quorum detur uenia:sed maior uulgo: de
his hactenus:sic ergo dicatur de genere masculino:feminino:neu
tro:communi:omni:promiscuo & incerto:figura simplici cōposi
ta & decomposita de numero plurali & singulari casu nominati-
uo:& cęteris quoniam in his omnibus non de re ipsa:sed de rei ꝓ
prietate fit questio ut patebit infra que dicam:deus qualis generis
qualis scilicet sit sexus:significati per hunc articulū hic: qa genus

¶ Natura: & mores quorū dam sibeni- censium:

¶ Contra de latores s̄mo ꝓ fratribus

¶ Quidam magistelli tu dentium

¶ Quid ẽ genus in nomine: & unde sumitur.

In nomine est quidam accidentalis modus respectiuus quo significatur discretio sexus a sexu: que discretio a rei proprietate nõ a re ipsa capitur: aut significato: uel ipsius uoce: quia unamet res iuxta uarias proprietates sortitur uariam sexus discretionem ex uario modo rem ipsam intelligendi & quo nobilius eo rei ipsi nobilior sexus attribui solet: ut eadem res dicitur lapis: & petra: lapis quasi ledens pedem: & petra quasi trita pede & ita secundũ plures rei proprietates ei atribuuntur plures uoces: & secundum has uoces uaria discretio sexus: & ideo q̃uis hec nomina uestis: tunica: & indumentum sint eiusdem generis quia idem significant: nec ex hoc sumatur talis diuersitas: nec in uoce ipsa: quia sunt multa nomina eiusdem uocis: que sunt & diuersorum generum: & diuersarum partium orationis: quorum generum aliqua dicuntur masculina: quia eis attribuuntur potentia actiua generandi uel aliquid agendi per modum agentis q̃uis in eo secundum esse rei nõ reperiatur talis sexus corporeus ut in deo sed ei attribuitur ex nobilissimo intelligendi modo deum sub tali agendi modo qui illi attribui possit: sic dices & de feminino genere: & si que fuerint que non habuerint proprietatem a qua possit sumi genus: illa dici poterunt esse generis masculini: uel feminini ex quadam similitudine ad proprietates rerum ut cum dico mons aureus & his similia: & hec discretio sexus a grammaticis declaratur ex articulis q sunt hic masculini: hec feminini: hoc neutri: hic & hec communis: hic & hec & hoc omnis: hic passer promiscui: hic uel hec incerti: que sunt generis nullius: sed sunt tantum signa sexuum: nec apud latinos capi possunt pro una orationis parte ut fit apud grecos: q cũ capiuntur rellatiue: aut demonstratiue tunc subeunt rõem p̃nois.

¶ Quare aliqua nomina dicuntur esse alicuius generis.

¶ Articuli sunt generir nullius.

¶ Articuli quõ possunt esse p̃nomia

¶ Grammatica qualis generis feminini: quia ei p̃ponitur hec in singulari numero: quoniam plura sunt quibus in plurali p̃ponitur hec: & sunt generis neutri. ¶ Animal qualis generis est: dicit auctor neutri: cum antiquo more neutrius dici deberet: neutri ergo per indifferentiam ad utrũq; sexũ quia sunt quedam nomi

¶ Animal quõ põt eẽ generis neutri.

¶ Grãmatica qualis generis est: Grãmatica est generis feminini: quare quia preponitur ei in declinatiõe articulus hec. Animal qualis generis est: animal est generis neutri: quare: quia preponitur ei in declinatiõe articulus hoc. Homo: qualis generis est: homo est generis cõis: quare: quia preponũtur ei in declinatione duo articu-

li.s.hic ꝛ hec. Felix qualis generis est: felix est generis omnis: q̃re quia preponuntur ei in declinatiõe tres articuli: hic ꝛ hec ꝛ hoc. na generis neutri: siue nullius sexus: & hec dicũtur esse generis neutri ꝑ abnegationem utriusqꝫ sexus ut lignum & cetera id genus: & alia sunt neutri generis: & alicuius sexus: sed nullius determinate ita ꝙ se hẽnt per indifferentiam ad utrunqꝫ sexum: ut animal: quod est indeterminatum ad hoc: & ad illud animal: puta tam masculinum q̃ femininum.

¶ Quõ aliq̃ & quot modis possũt eẽ generis neutri.

¶ Homo qualis generis est: homo est generis communis genus commune capitur ex diuerso modo intelligendi rem: puta sub utroqꝫ sexu: que uarietas a grammatico cognoscitur ex duob⁹ articulis sexum significantibus naturalem scilicet dispositionem membrorum generatiue uirtuti conuenientem: utriqꝫ sexui connaturalem in agendo & patiendo secundum rẽ ipsam uel ex quadam similitudine rei ad rem significatam apud grammaticum ex significandi modo iuxta nomen quod ad ipsum importat: que ꝓprietates masculini: & feminini si uno articulo: & una uoce denotarentur: tale nomen non intelligeretur esse communis generis: sed quia diuerso sexui: diuersi atribuuntur articuli: quibus illorum apprehenditur cognitio: ideo illud tale est generis communis: cõmunis utriusqꝫ sexus: utrunqꝫ scilicet sexum significãs: masculinũ & femininum.

¶ Homo q̃re ẽ generis communis.

¶ Genus ergo commune est quedam proprietas designatiua utriusqꝫ sexus quare uero hoc nomen homo utrũqꝫ sexũ designet alia ratio adduci non potest nisi quia primo impositori sic libuit uel quia essentia per illud importata ex equo utriqꝫ sexui cõuenit & hec ratio est naturalis supra quam quilibet mentis conceptus recte fundari solet: duobus signatur articulis in quorũ primo clauditur hec uocalis.i. ut quid uocalium simplicissimũ quod & masculino generi atribuitur ut puriori sexui.e. uero qa moliorem indicat sonum moliora gaudet sexu.o. circularis figure: ut q̃si utrunqꝫ complectens altero duorum mediorũ respectu utriusqꝫ extremi neutro datur. & .u. uocalis similiter ratione rigidioris soni quod quasi abhorrere uideatur aliquid esse neutrum a perfectione utriusqꝫ deficiens a postremo utrunqꝫ retinere solet: leto quandoqꝫ: & moli occurrens animo: qui & uoce tali expressus gaudet & nomine per similem uocem indicato: ob noxiam recto: sic dici poterit & de his que sũt omnis generis: quoniam illa scilicet uox uel nomen preter utrunqꝫ sexum: & nomini neutrum indicãti cõpetit: hoc dicatur de epiceno. incerto. uel dubio: ut cum queritur.

Quid est genus cõmune

Quare hic attribuitur masculino: hec feminino hoc neutro.

¶Quare aliqua nomina dicuntur esse generis ois.

¶Felix qualis generis respondit omnis: quare grāmaticus enī dicit: illud nomen esse generis omnis quod rem sub utroq; sexu significat: & etiam neutro: per abnegationem: uel indifferētiam indeterminate utrunq; complectens: ex uario modo intelligendi rē ipsam: cui talis uox: uel nomen conuenire possit ex eo quia intellectus concipit rem sub utroq; sexu: felicem scilicet fieri posse: a proprietate rebus conuenienti attribuit uocem utriq; sexui: & eā dicit esse generis communis: & ultra hoc quia cognoscit aliquid aliud: quod est ad hos utrosq; sexus indifferēs: uel nullius esse possit: hac eadem proprietate gaudere: puta felicitāte: dicit hoc nomē felix est generis omnis: quādo ergo queritur: felix qualis generis: dicere debemus est generis omnis: & non ut quidam dicere solēt est omnis generis: quoniam cum dico est generis omnis ibi hec dictio omnis stat collectiue: cum uero dico omnis generis: omnis stat distributiue: sic ergo nomē unum sub tribus articulis: partim coniunctis: & partim diuisis dicitur esse generis omnis & hec est causa: quare felix: & cętera id genus uariantur tribus articulis quia scilicet possunt significare rem ipsam sub indifferentia: masculini feminini & neutri generis: & quia hoc parum declaratur aperte ex uoce ipsius nominis illi tres articuli atribuuntur: qui non iunguntur pro nominibus demonstratiuis: quia suapte natura ex eorum uocibus innotescunt: ut ille illa illud: iste ista istud: is ea id: nec his uariantur rellatiua: ut quis: uel qui que quod uel quid: quia ea cuius sint generis: ex antecedenti quod referunt: cognoscuntur: neq; pro nomina negatiua. ut nullus nulla nullum: quia si illis adderet articulus: tunc non essent negatiua: sed affirmatiua: quia articulus habet uim affirmandi: nec articulus preponitur nominibus que tribus diuersis uocibus uariantur. ut bonus bona bonum: quia ex ipsa uocum uarietate cognoscitur: qualis sint generis: ut in talib⁹ nominibus. us. sillaba rigidior prolatu: rigidiori tribuatur sexui: molior femineo: impetuosa in una terminata utrūq; cōplectatur: ut superius patuit: quarum prima est generis masculini idest indicat proprietatem & qualitatem sexui masculino tributam: quia est prima uox adiectiui: secunda feminini: quia est secūda uox adiectiui: tertia neutri: quia est tertia uox adiectiui: nec in nomine capitur morale genus pro multitudine ab aliquo descendente uel pro talis multitudinis principio: quale est Romulus: & Romani: nec pro natura indeterminate significante/partes subiectiuas quale est animal ad species sub eo cōtentas: sed pro ea proprietate de qua iam satis dictum sit: & hoc aduertat pauper grāmaticus: qui

¶Nō debemus dicere ē ois generis: sed ē generis ois ita & de aliis.

¶Quare nomia generis ois uariātur tribus articulis.

¶Quare adiectiuis q̄ uariantur trib⁹ uocibus non preponit̄ articulus.

¶Quare prima uox terminat̄ in. us. secūda in. a. tertia in. um.

scita uix

scita uix carminis scansione:uel sillabe accentu:dilatat per pulpita fimbrias:soli sibi cõscius:& inutilis tyronibus artis:soli uulgo iucundus & gratus:qualẽ uidimus olim tudere montanũ rura cõlẽtẽ:bonas lras:& fratres deferẽtẽ def uenia uulgo cetera seqt̃ur

¶Quidã delator magistellus tudernus.

¶Passer:qualis generis est: passer est generis promiscui: quare: quia sub vna voce ⁊ vno articulo cõprehenduntur per id animalia vtriusq̨ sexus. Dies qualis generis est:dies est generis incerti:quare:quia nulla ratione cogente:sed sola auctoritas veterũ sub diuerso genere protulit. Bonus:bona bonuz:qualis generis est: bonus bona:bonum:est generis omnis: quare:quia variatur tribus vocibus:quarum prima est masculini secũda feminini:tertia neutri: per omnes suos casus.

¶Passer qualis generis: ꝓmiscui dubii quia sub uno articulo & una uoce est significatiuũ utriusq̨ sexus eiusdem speciei specialissime: hoc dico ne hoc nomen animal uideatur esse promiscuũ cui hec eadem diffinitio promiscui conueniret nisi hoc idem significaret non solum in specie specialissima sed etiã & sub alterna. ¶Dies qualis generis:incerti non uere generis:sed cuiusdam accidẽtis generi similis idest sexui significato per tale nomen nõ a re ipsa sumptum sed a sapientum auctoritate qui hoc diuisim protulerunt: quod genus incertum differt a cõmuni genere quia cõmune uariatur duobus articulis copulatim ut dicendo hic & hec homo q̃lis generis est:incertum uero diuisim & eisdem articulis in plurali quibus caret incertum ne articulorum pluralitas careret confusione significati rei nomine ipso notificati:& etiam differt a ꝓmiscuo:quia promiscuum est utrunq̨ sexum denotans genus incertum nullum in re quia nullam rei proprietatem importat qa res dicitur esse alicuius generis ex accidente respectiuo ad cõstructionem:uel ab aliqua proprietate:quã nõ solum ipsa uoce oportet exprimi:sed etiam ipsa proprietate ex modo significandi: agẽdi:uel patiendi:uel indifferentis:ad utrunq̨:ideo aliquando articulis utimur:ex quibus sat declaratum sit de genere: quod considerat grãmaticus quod est quidam accidẽtalis modus exprimẽs proprietates rei in re non ut phylosophus qui considerat proprietates & naturas rerum:unde ipse absolute genus considerat : non ergo eadem ratione consideratur genus a grammatico & phylo

¶Quid ẽ genus promiscuum.

¶Quid ẽ genus incertũ.

¶Quõ gen' ĩcertũ differt a cõmuni.

¶Quare incertum caret duobus articulis ĩ plurali.

¶Quid ẽ genus ꝓmiscuũ

¶Quid ẽ genus apd' grãmaticum.

sopho. ¶ Bonus bona bonum qualis generis est: dicatur omnis a trina & uaria uocum terminatione triplici generi obnoxia: quod &'alia huic similia uel tribus articulis uariata sorciũtur adiectiui nomen quoniam additur suo substantiuo in expressione effectus mentis quoniam per se solo scilicet nihil significat nisi iungat suo subiecto: ut illius accidens: quapropter: & illud subiectum dicitur substantiuum nomen & hoc uel sit proprium uel appellatiuũ quia scilicet substat idest subicitur adiectiuo significanti aliquam proprietatem de ipso substantiuo uel subiecto suo uerificabilem nunq̃ enim hoc nomen felix: omnis uel bonus & cętera id gen9 aliquid significarent nisi adderentur subiecto: ut quedam proprietates uel in ipsa re existentes: uel ex institutione hominum hoc illud signicãtes quod in ipsa re fieri esse uel nõ esse cõcipitur: quod & appellatiuum dici potest non a re: sed a rei proprietate que pluribus conuenire possit: nam uere appellatiuum idest cõmune nomen appellans idest plura nominans & significans in re ipsa illud esse dicitur quod significat rem cõmunem multis: ratione cõmuni prę intellecta de pluribus: & uite: ut animal: lignum: homo: tẽplum: proprium uero est quod non significat rem multis cõmunicabilem: nisi sola uoce: ut dolobella: nam q̃uis hoc nomẽ plurib9 conueniat ut quia hoc nomine plures uocitentur quia tamen est una res in re que hoc nomine appellatur ideo rem ipsam nõ significat pluribus communem quale est appellatiuum ratio cuius intima pluribus cõuenit ut ratio hominis quod scilicet sit animal rationale: septem igitur sint nominum genera: masculinum: femininum: neutrum: commune: omne: promiscuum: & incertum duo tamen prima sunt masculinum & femininũ: soli nature nota a qua deducitur generis nomen cętera uero qualitate uocis dinosci possunt: & hanc obrem uariis terminationibus generum: grammaticus usus est de quibus dicatur sic: ꝙ nomina apud grecos terminata in as uel in es ut marsias: & sophystes: in. a. uero apud latinos ablata. s. littera sunt masculina: ut marsia: sophysta: & quia omnis regula patitur exceptionem: apud grecos sunt quedam nomina: generis masculini: apud nos feminini qualia sunt charta: cateracta catapulta margarita: fluminum uero nomina neutra sunt ut plurimum preter hoc nomen turia quod apud salustium masculinum est: dicentem inter leuam montium & dextrum flumẽ turiam: accusatiuus terminatur in am: non in. a. litteram quod esset: si neutram haberet terminationem: nomina in. a. desinentia que uirorũ officia significant sunt masculina: ut collega & cętera id genus: pu

¶ Quid ẽ nomen adiectiuũ: & q̃re dr̃ cif adiectiuũ & qd est substantiuũ & q̃ re dicif.

¶ Quid ẽ nomẽ appellatiuum & qd ꝑprium.

¶ Genera nomina sũt septem

¶ De uaria generꝝ terminatione.

ta poeta scriba:que uero mulierum sunt feminina: ut musa utriq̧ cōmunia utriusq̧ generis esse possunt ut aduena: & precipue si a uerbis ueniunt ut agricola monticula siluicola celicola patricida matricida grauigena:cum uerbo sunt composita:nec hec descen/dunt a nominibus in us terminatis talia hec sunt & apud grecos que ipsi dicunt mobilia latini uero communia:ut alienigena cō-munis est generis teste tamen probo omnis eiusdem significati cum adiectiuo puta alienigenus media producta quod externus idest alterius generis significat a genere deductum. Valerius libro primo:adicii nostris:duo eiusdem generis alienigena exempla nō absurde possunt:omnia nomina propria uel appellatiua preter su pradicta cuiuscunq̧ sint significationis in.a. desinentia feminina sunt ut curia Roma:mula.si uero sunt promiscua possunt esse & masculina & feminina ueterum auctoritate Virgilius primo geor gicorum.aut oculis capti fodere cubilia talpe:oratius uero femini ne protulit in primo libro carminum: & superiecto pauide nata-runt ęquore dame:& hoc in promiscuis nominibus bruta signifi-cantibus animalia non aurem rationalibus in quibus nomen ea significans femineum esse solet:si quē tamen in.a. litteram termi-nantia neutra greca sunt non latina:ut poema & toreuma nomi-na litterarum apud omnes neutra sunt & indeclinabilia nomina uero numeralia si uariantur per omnes casus sunt omnis generis: uel communis si uero non declinantur sunt trium generum: que uero in casu nominatiuo terminatur in.e.litteram correptam ta-lia sunt generis neutri ut mare:& his similia:talia uero & greca sūt feminea:ut euterpe in.i. sunt neutra ut gumi:a genitiuis composi-ta sunt trium generū:nam hec nomina:nihili:frugi:mancipi sunt obliqua figurate in omnibus suis casibus:sicubi uideris aliquod nomen uerbale:uel participale desinens in.o.precedente.i. tūc est generis feminini ut actio lectio:quando uero est neutrum illorū tunc est masculinum:ut stellio:omnia etiam nomina:que habue-rint.g.uel.d.ante.o.&.o.mutatur in genitiuo sunt feminina: ut uirgo dulcedo cupido:pro desiderio pro deo uero amoris est ma sculinum:ordo tamē & cardo sunt masculina:margo communis potest esse generis:greca propria in.o.& in.en.sūt feminina ut di-do & iuno quod est latinum & appellatiuum unū in ro quod est caro carnis:alia sunt masculina que sunt infinita: preter quedam pauca qualia sunt homo & latro que sunt communia: sunt etiam quedam nomina quę q̈uis in.o.desinentia sint masculina: tamen in.a.sunt feminini generis.ut leo lena.in.u.sunt neutra ut cornu:

& indeclinabilia in numero singulari:& in.c.ut lac. & in.d. ut qd preter bogud barbarum quod est masculinū in al appellatiua sunt neutra:ut tribunal:monosillaba sunt masculina ut sal: & propria barbara ut animal. in el correptum sūt neutra:ut mel barbara uero producta sunt masculina ut michael.in il indeclinabile.ut nihil neutrum est declinabile appellatiuum masculinum ut pugil:proprium feminiuum ut trāquil cōmune ut uigil:in ol masculinum est ut sol:in ul quedam sunt masculina ut consul quedam cōmunia ut presul:barbara etiam possunt esse masculina: q̄uis quādoq; neutris iungi possint ut & apud latinos fieri solet cum dicimus tibris flumē.in am est trium generum ut nequam.in im si que fuerint malo ea dici neutra q̄ masculina greca & hebrea. in.m. in.b. in.c.d.in im nullam habent regulam.in um appellatiua sunt neutra ut templum:propria uero feminea sunt & raro ut glycerium: in en appellatiua simplicia sunt neutra ut numen composita a canendo sūt masculina.ut fidicen:eorum feminina in.a. ut fidicina & deriuantur a genitiuo mutata is in.a.tamen flamen pro sacerdote iouis & pecten sunt masculina greca uero:& latina in en pro ductum desinentia:masculina sint ut splen:& titan:proprium latinum in ar ut cesar:dissillabum & monosillaba ut lar:sunt masculina ut nar pro flumine & barbara ut araris:dissillaba & monosillaba sunt trium generum ut par:& impar:latina uero neutra sunt laquear & far:quod scribitur duplici.r.in genitiuo ut far.farris.quoniam si scriberetur simplici.r.tunc uideretur esse secunda persona huius uerbi for faris.in er tertie declinationis magis grecum q̄ latinum sapiens est masculinum.ut imber.october.september & q̄ cętera ꝑducuntur neutra sunt huius declinationis ut papauer:acer pro arbore femineum est:iter uel itiner:neutrum & spinter quando significat fibulam humeralem:aut armillam & si habuerint.b. uel.u.pro consonante ante uocalem ut tuber:& cadauer tamē in er:sexus uarios significantia sunt talia:qualis & naturas significāt ut pater & mater:linter pro nauicula fluuiali apud nos est femineum:apud grecos masculinum:celer proueloci si non habuerit genitiuum in ris est adiectiuum:reperitur tamen celera neutrū pauper est communis generis:reperitur & paupera pro feminino tantum apud plautum:paupera res est:acer alacer.saluber & celeber cōmunia sunt:q̄uis in ris genitiuum habeant:secunde uero declinationis masculina sunt:ut socer.in ir appellatiua masculina sunt ut leuir:gadir pro ciuitate quidam femineum : quidam masculinum esse dixerunt.ir uero neutrū indeclinabile.in or appellatiua

masculina sunt:actum significantia ut arator neutram uero femi-
neam feminina ut uxor:& soror comparatiua comparatiue capta
sunt communia:pro positiuo uero sunt masculina ut senior pro
senex:arborum etiam & arborum nomina sunt feminina quoni-
am matris officio fungi uidentur ratione proprii fetus q̃uis olea
ster non sit femininum tum terminatione tum declinatione:siler
& rubus etiam cum non subeant arboris naturam abhorrent fe-
mininum genus:naturam lapideam & elementarem uel quid ad
intrinseca uiuentis nature aut & accidens eius significant neutra
possunt esse:qualia sunt:marmor:equor:ador:& cor:hoc nomen
memor:& immemor:& que componuntur adecore:corpore uel
colore sunt communis generis:& auctor quãdo significat operis
alicuius factorem ab augeo uerbale nomẽ est masculini : generis
& auctrix eius femininum non est:inconueniens reperiri:quod &
latinissimis & sanctissimus probatur iuris Augustino & Hierony-
mo.dicit enim Augustinus auctrix peccati eua:auctrix meriti ma-
ria.Hieronymus de beata uirgine in sermone quem de partu tan-
te dee edidit:sic inquit huius sacre uirginis partus:non solum re-
staurauit dirupta:sed dona contulit sempiterna & ideo preconiis
ueneremur:salutis auctricem:que dum auctorem suum concepit
ex celo nobis redemptorem ostẽdit in seculo:nec hoc quidem in
conuenit quoniam plura sunt nomina mascnlina & cõmunis ge-
neris:a quibus tamen & feminina fiunt ut leno & lena:taceant er-
go quidam neoterici qui dum se aliquid magni gesisse putant ali
os coram ignauo uulgo corripientes:& alienã imperitiam simu-
lantes:litterarum ignorantissimos se ipsos ostendunt ut & mihi
semel accidit a quibusdam magistellis tudertinis quos illa urbs
ut uidi q̃uis clara optimis ciuibus amat quandoq; uel neoterico
uulgo uel cęlorum inuidia:ne tam clarum genus hominum litte
raria uirtute toli possit ad astra exemplo est uolitantis falconis
gratia adrem nostram nec nego quin auctor possit esse generis cõ
munis ex predictis tamen percipe:posse esse & masculini:& eius fe
mininum auctrix:quod & per.c.scribi debet nam quãdo scribitur
per th.tunc significat auctoritatem habentem:in ur nomina pro-
pria uirorum uel deoꝝ uel gẽtilia:uel appellatiua:auium:si habue
rint.x.uel.t.uel.f.ante ur:sunt masculina:ut anxur. furfur. uultur.
astur.turtur.que uero deriuantur a uerbis & hominibus impo-
ni solent sunt communis generis cum fuerint declinatiõis tertie:
datur tamen masculinum satur:femininũ satura:gutur potest esse
masculini & neutri apud plautum:alia sunt neutri generis eiusdẽ

¶ Defẽsio diui Hieronymi cõtra laurentiũ.

¶ Contra audaces uerbũ

¶ Tudertinorum culpa & laus.

terminationis.in as patria tertię declinationis communia sunt ut Rauenas:arpinas:appellatiua feminina ut probitas:propria uirorum masculina ut mecenas:fas nefas:trium generum & indeclinabilia concipies:monosillaba quedam quandoq; masculina ut uas uasis mas maris:uas uadis neutrum est cętera quascunq; habeant terminationes sunt apud nos eiusdem generis quale & apud grecos seruare solita sunt q̄uis hec confundi sepe uidentur:hoc tamen uerū est si apud nos & illos seruetur eadem terminatio : quoniam sepe accidit ꝙ commutata terminatione:commutatur etiam & genus ut crater & cratera & cętera id genus:nomina uero trigonea q̄ & communia:uel mobilia dicere solemus:in es:correptum terminātia si uideris apud grecos communia apud nos quoq; communia fient ut hebes:miles:superstes:& si sūt adiectiua possunt esse & neutra in aliqua uoce.Virgilius in.vii.hec tereti mos est aptare flagello:sospes tamen & hospes possunt habere femininū in.a. ut sospita & hospita & antistita pro antistes modo cōtrario dictis:alia omnia quibus nulla est nature connexio femininis masculina sunt:ut gurges:tamen que habēt.g.ante.s.in recto sunt feminina:ut seges & teges:& etiam abies pro arbore:aries & paries:masculina sunt: in es propria uirorum sunt masculina mulierū feminina ut ceres prima ut hercules:& ulixes appellatiua uero que ad homines pertinent communia sunt ut heres & locuples quod & neutrum reperitur.si tamen fuerint quinte declinationis sunt feminina: dies tamen incerti est generis ut dictum est in principio:quia in singulari numero quādoq; est incerti generis pro masculino:certi pro feminino:a quo compositum masculinum est:ut meridies alia oia appellatiua feminina sunt ut cedes strages:his etiam similia : uerres tamen pro porco appellatiuū & commune est in is.nomina q̄ tantum sunt uiris communia sunt masculina ut ciuis & hominibus utriusq; sexus ut hostis:si uero significauerint dignitatem pertinentem ad uiros:masculina erūt ut edilis:nomina uero finita adiectiua:deriuatiua:& appellatiua communia erunt ad homines & ad alia animalia pertinentia trium generū sunt uel & ad alias res ut suauis & suaue:quibus uero ante is fuerit consonans duplex:uel due:& que terminant penultimam sillabam in unam ex liquidis: uel.n.ante is extiterit sunt masculina:ut follis. piscis. axis. panis: collis amnis:canis tamen cum natura ipsa utrunq; sexum significet commune est:bippenis pro securi femininum: quia deriuatur a penna quod est feminini generis:finis & clunis sunt generis cōmunis apud probatos auctores:in eadem significatione: que ueni

unt a masculinis:uel femininis si fuerint adiectiua:in eadem uoce sunt primo communia:in secunda neutra ut hic & hec exanguis: & hoc exangue a sanguine deductum quo generata cum carēt ex anguia sunt & tricuspis cōmune a cuspide feminino : & etiam adiectiuū in neutro per obliquos casus:Ouidius primo methamorphoseos positq3 tricuspide telo mulcet aquas.in is desinētia:& habentia sillabam crescentem in genitiuo masculina sunt ut lapis p̄ter cuspis:cassis:& lis molaris potest esse adiectiuum a mola deductum:tamen prodente masculinum est : pestis: neptis: uestis sunt feminina:uallis:pellis:peluis:turris:in os desinentia omnia sunt generis masculini:cos tamen cotis:dos dotis:glos gloris: que sūt feminina & communia quinq3 scilicet custos.sacerdos:bos.cōpos impos.& duo neutri generis:os oris:& os ossis . Omnia nomina arborum que desinunt in us sillabam correptam secunde uel quarte declinationis sunt feminina & si fuerint aliqua nomina greca ꝓpria uel appellatiua terminata ĩ os feminina:apud nos in us uersa:talia quoq3 fient ut laurus & his similia & appellatiua ut cristallus & costus:sunt feminina:greca communia & apud nos cōmunia sunt ut hic & hec phylosophus:alia omnia supradictarum declinationū sunt masculina q̄uis sexus quandoq3 reperiatur in neutro genere:& acus in feminino:in neutro etiā acus aceris pro purgamento frumenti:& quia raro potest addi alia ratio p̄ter supradictas quare aliquod nomen sit talis uel generis nisi certorum auctorum usus dico ꝙ pelagus est neutri generis:uulgus masculini: & neutri:& uirus neutri sicut & pus indeclinabile utrunq3 : penus uero est trium generum:non est tamen generis omnis : quia tale nomen sumitur & uariatur collectiue uel diuisiue: illud uero indifferenter:ideo differt dicere hoc nomē est trium generum & hoc nomen est generis omnis:humus pro terra madida est femininū: aluus potest esse feminini & masculini:accius enim poeta sit inqt in primo analium:maia nemus retinens grauido cōcepit in aluo domus colus annus pro uetula nurus:& socrus a nature proprietate q̄ preseferunt secūde & quarte declinationis feminina sunt: ubi uero uideris nomen in us terminatum & correptum declinatiōis tertie:illud erit neutrum ut munus & opus.lepus tamen est masculini uenus feminini:hic & hec ligus:hic & hec & hoc uetus: pecus pecudis femininū est.& pecus pecoris neutrum.Si uero datur monosillabum in us productū illud erit neutrū:mus muris masculini hic & hec sus communis:& grus: seruitus. iuuentus feminini : in ax:propria & barbara masculina sūt:ut aiax:appellatiua uero que

dam sunt generis omnis ut capax:quedam feminini ut pax fax:& cętera id genus in ex duo monosillaba sunt masculina ut rex & grex & dux communis est generis:alia uero omnia monosillaba desinentia in ex.uel in.x.si ante quancũq; uocalem precedentem. x.habuerint consonantem semper erunt feminina ut lex pax. nux fex:& eiusmodi supra sillabam uero in ex desinentia sunt quãdoq; feminina quandoq; masculina ut silex.pellex.carex.iubex semper sunt generis feminini & cortex alia sunt masculina ueruex etiam: a diectiua uero nomina sunt generis omnis articulati tamen in ix penultima breui sunt masculina preter salix:& filix: quando uero penultima est producta tunc sunt feminina ut cornix:talia sunt & omnia uerbalia nomina ut nutrix & hoc cum significant officiũ alicuius agentis:quoniam quando significant aliquam proprietatem naturalem alicuius animalis & ipsum agens tunc est masculinum ut natrix pro specie serpentis lucanus in octauo : & natrix uiolator aque uero sit nomen proprium serpentis est femininum ut maxima serpẽs phyton ex additione proprietatis:fornix tamẽ est masculinum q̃uis penultima sit producta ex quo : & adiectiua copulatiua articulis sunt supradictorum generum ut felix: non tamen in omnibus nisi his solum in quibus reperitur rectis: quoniam cum nõ reperiatur casus nominatiuus huius nominis uerbalis uictrix:tamen dantur quidam ipsius casus obliqui qui coniunguntur neutro generi ut uictricia arma secutus. in ox monosillaba sunt feminina:ut nox & uox.cętera sunt adiectiua generis omnis.in ux unum est commune ut coniunx: si sunt supra sillabam sunt propria ut pollux.in ix sunt greca & cetera eiusdem generis apud nos qualis & apud grecos.in.t.sunt neutra ut caput. adiectiua quę desinunt iu duas consonantes tribus uariantur articulis ut prudens:preter princeps quod est commune qnoniam in plurali neutra terminatione:alia monosillaba sunt feminina ut fons : tamen fons:mons.pons.dens.mars.scrobs & stirps sunt masculina que uero fuerint supra sillabam quandoq; reperies masculina quãdoq; feminina:que scilicet desinunt in.p. &.s. ut forceps : arunx : manceps.hiems:hec hactenus de generibus:quorum naturam & rationem tenero intellectus gressu contingere & auctoritas certa ueterum:& ratio ipsa non in epte docuit a rerum proprietatibus sumptam uoluntati primi instituentis non inconformem. ut patet in aus sunt feminina .ut laus: fraus: duo monosillaba in es diphtongum alterum neutrum , ut hoc es eris : alterum masculinum ut pres:predis: nunc de numero sermo fiat.

¶ Poeta

Poeta qualis numeri est: poeta: est numeri singularis: quare: quia singulariter profertur. Hij poete qualis numeri est: hij poete est numeri pluralis: quare: quia pluraliter profertur. Justus: qualis figure est: iustus est figure simplicis: quare quia simpliciter profertur.

Poeta qualis numeri ē singularis: idest: ē nomē unam rem significans in re ipsa: uel plures collecti ue: ut turba: populus: uulgus: qui numerus in nomine est quedam forma que potest facere discretionē quātitatis discrete circa rem: ut puta qua de nominans: hoc esse tantum hoc: & non illud nostra oratione: & q̈uis numerus: dicatur esse agregatio unitatum: qualis agregatio non conuenit numero singulari qui solam unitatem significat tamen ipse potest dici numerus in proprie: qui numerus est duplex etiam apud grammaticum: scilicet numerus numerans: & hoc est principium numeri: & ab hoc numero: res que potest esse principium plurium numerandorum dicitur esse numerus singularis: cū ergo queritur: poeta qualis numeri est an scilicet sit principiū numerandorum illorum scilicet qui uocantur hoc nomine poeta: uel quouis alio: singularis est: quoniam profertur singulariter tali uoce qualis per eam numerus iudicari possit qui q̈uis sit quātitas discreta recte tamen petitio fit: non per quantum sed per quale: ratione singularitatis que quandam qualitatem numeri idest eius proprietatem ostendit: sicut & de aliis dictum est: & numerus numeratus: idest numerus agregatus ex unitatibus & hic dicitur esse numerus pluralis: qui q̈uis sit dignior numero singulari ut cō tinens contento: & dignius precedat minus dignum: tamē numerus singularis debet preponi numero plurali quo ad originem quia unum prius est duobus & tribus: ideo nomen prius debet declinari in numero singulari q̄ in plurali: hii poete qualis numeri pluralis: an scilicet plura significet hec dictio hii poete: pluralis plura significat: quoniam numerus pluralis est qui plura significat: sub ratione: qua plura sunt: uel unum sub ratione plurium: ut cum dico sene senarum: nec datur aliquis numerus medius inter singularē: & pluralē: sicut datur inter genus masculinum & femininum medium quoddam ut neutrum: quia masculinum: & femininum sūt se iuncta: nec unum in re est pars alterius: sicut numerus singularis est pars numeri pluralis materialiter nō formaliter: quia numerus singularis habet alium modū a plurali ideo ex diuersitate modorum sorciūtur & diuersitatem essendi in esse suo: que ambo dicūt

De numero singulari & plurali.

Numerus duplex: nūerās & numeratus & undꝫ sumitꝫ numerꝰ: singularis & unde pluralis.

Quare numerus singularis preponitur numero plurali.

Quare nō datꝫ numerꝰ medius inter singularē & pluralē: sicut datꝫ neutrū: inter masculinū & feminū

quantitatem discretam qualia sunt:unus:duo:tria:quattuor: & cętera id genus:non continuuam quarum altera est determinata ut linea:corpus:superficies:altera indeterminata ut magnus paruus. & his similia: sed animaduerte ꝙ hii numeri puta singularis & pluralis non semper sumuntur ex unitate rei in re : & pluralis : ex multiplicatione suppositorum sed ex uario modo intelligendi rē in re ut chymera q̄uis non habeat esse:unum nec plura cum nihil sit:tamen ex eo:quia eam intellectus:esse talem:uel tales intelligit attribuit ei unitatem:uel pluralitatem:sic dicam: & de cęteris nominibus:puta appellatiuus ut deus:& dii populus:& populi : q̄uis conueniant in significato:quia tamen differunt in modo significandi:non sequitur:si populus est numeri singularis : ꝙ sit etiam & populi populorum:quia q̄uis aliquod nomen:ut puta collectiuum in numero singulari significet plura:nunq̄ tamē quo ad modum significandi plura significat:sed tantum unum:ex quo datur intelligi aliquod nomen esse numeri singularis:& aliquod numeri pluralis: duos ex his dicamus latinos numeros habere : grecos uero tres:scilicet dualem:quem nos sub plurali comprehendimus: uel ergo sit numerus generum:uel specierum : uel suppositorum : uel appositorum:quisq; talis:uel per modum unius : uel plurium datur:& hec pluralitas:aut summatur penes essentialia : aut penes accidentalia rei:nunq̄ penes alia capiatur numerus:nisi ut diximꝰ quia quidam numerus significat rem per modū unius ut animal homo:fabritius:quidam unam rem per modū pluriū: ut Venetie natura ergo & usus:auctoritas:& opinio:protulit quedā nomina singulariter & pluraliter & etiam rerum proprietas:& euentus:natura docet propria nomina animantium carere numero plurali quoniam talia secundum rem in re non dicunt naturam participalem a pluribus etiam si sint in animata qualia sunt nomina urbium. Regionum uel prouinciarum:si tamen quādo detur appellatiuum nomen quod habeat plurali numerum hoc erit quia rebus pluribus:actionibus earum & locis:non repugnabit ut si dixerim uirtutes:mela:frumēta:& sanguines & hoc in propriis nominibus euentus indicat cum duos eodē nomine uocitamus ut duos scipiones:uel cum dicimus siluius eneas uel diuidentes regiones duas galias citeriorem & ulteriorem:sic dicatur & de nominibus significantibus terre fętum qualia sunt mineralia que utiq; carent plurali deficiente auctoritate:de nominibus uel tantum singulariter declinatis:uel tantum pluraliter:uel intellectu singulari: uoce plurali:aut econuerso:non est nisi certiori auctori credendū

¶ Quō numerus singularis & pluralis nominis collectiui differunt.

¶ Quare nomē propriū caret numero pl̄rali: qd' uis illud sit.

cum hec repereris: qui & propria auctoritate: & ratione proprietatis rei a qua hec sumpta sunt talia dici uoluere: ut liquido patet de noibus etheroclitis & dierum festorum noib⁹: uel differētia noium ex pte rei alid̕ significātis ī singulari & alid̕ ī plurali ut arm⁹ & arma

¶ Iniustus: qualis figure est: iniustus est figure composite: quare: quia ex in & iustus componitur iniustus. Iniusticia: qualis figure est iniusticia est figure decomposite: quare: quia non per se componit̕ sed a composito nomine deriuatur vt iniustus: iniusti: addita cia: fit iniusticia.

¶ Iustus qualis figure est simplicis: non quantum ad compositionem litterarum: quia sic nullū nomen est figure simplicis sed dicit̕ esse simplex ab usiue inquantum scilicet est principiū componendi: nam figura composita que uere est figura fit ex simplicibus: similiter & decomposita: que dicitur figura decomposita: quia scilicet est habens suam compositionem ex composita: que magis composita secundo: q̄ decomposita dici debeat: que non capitur in nomine significationis quoniā sic omne nomen esset compositum quia significat substātiam: & qualitatem: nec ex parte uocis: quia omne nomen est compositū ex litteris: & sillabis: que q̄uis fiat ex pluribus dictionibus: quia tamen unum ille dictiones significāt in eis nulla est diuersitas uno nomine complexa: qualis est diuersitas figure simplicis a composita ut cum dico respublica: q̄uis contineat hoc nomen plures dictiones: quia tamen ad unum significandum sunt imposite ideo: uerum est quod diximus: sic dicatur: de hoc nomine iniustus: & iniusticia. in quibus figuris: puta simplici: & composita q̄uis significatū simplicis remaneat incōposita ut hec propositio habet uim suam: & hoc nomen iustus: tamen non remanet modus significādi figure simplicis in figura composita: ideo composita non fit a simplici quo ad hunc significandi modum: alias dictio composita non esset una dictio: quia essent diuersi modi significādi simul diuersarum figurarum: & ideo una figura non est prior alia: q̄uis proprietas unius sit prior proprietate alterius ut figure simplicis proprietas est prior proprietate figure composite: & ratio est: quia solum illud simplex dicitur esse prius composito quod fit ex tali simplici: & quia figura composita: licet dicatur fieri ex simplici ratione uerborum. & significationibus in ea contentis. non tamen quo ad significandi modum: quando ergo dicitur iniustus est fi

¶ Figuratū recta descriptio & ordo: horistice cōmunium.

¶ Quid est figura simplex cōposita & decōposita

¶ Vnde capitur figura cōposita: & decomposita.

¶ Q̄ūo una figura dicit̕ eē prior alia.

gure composite quia componitur ex in & iustus. intellige quo ad uerba. & eorum significationes que in dictione composita remanent. non tamen quo ad modum significandi ad epithomaticum intellectum. dicamus ergo sic. quid sit figura. quid simplex. & qd composita figura est qualitas qua simplex dictio cognoscitur esse differens a composita simplex est que non potest diuidi in duas partes significatiuas ut iustus hoc dicere solent puri grammatici que a nullo est composita intellige in modo quo supra dictum est composita est que potest diuidi in uoces. sed non in duas partes aliquid significantes respectu unius rei. ut iniustus. decompositā dicunt greci parasintheton. quia a composita deriuatur. & aduerte cum uideris aliquod nomen componi ex duobus integris scilicet nominatiuus illud uariandum est ex utraq; parte per omnes casus ut respublica rei publice. preter alteruter quod facit in genitiuo alterutrius. si uero ex utraq; parte obliquum habuerint. talia sunt indeclinabilia ut istiusmodi quãdo uero fuerit compositum nomẽ ex nominatiuo. & obliquo. uel ex obliquo. & nominatiuo tunc nominatiuus solus declinatur recte declinationis ordine seruato. obliquus uero est in esse suo permanens. ut perfectus urbi p fecti urbis. & cętera id genus. & hoc liquido patebit ex uaria nominũ cõpositiõe quorũ quedã cõponunť ex duob⁹ noib⁹ integris ut respublica. quedã ex integro & corrupto ut inimicus quedã ex corrupto & integro ut impius. quedã ex duobus corruptis. ut beniuolus. & quia sequitur declarandũ de casu nois cum queritur.

*Quid est figura. & que eius species.*

*Qũo uariãť noia ꝯposita*

*De cãu qd sit: & de speciebus casus.*

Poeta qualis casus est. dicatur quid sit casus. casus est inflexa nominis uariatio in finem usq; cuiusq; uariabilis dictionis tendẽs quo & cognoscit qui dicuntur esse sex. uidelicet. nominatiuus. genitiuus. datiuus. accusatiuus. uocatiuus. & ablatiu⁹ datur & septimus preter

Poeta: qualis casus est: poeta est casus nominatiui: quare: quia in tali casu. declinãdo reperitur. Poeta: quotte declinationis est: poeta est declinatiõis prime: quare: quia eius genitiuus singularis in. ae. diphtongum desinit vt hic poeta: huius poete.

consuetum ablatiuus scilicet sine prepositione ut utor ambrosia celica & octauus qui ponitur pro casu accusatiuo. cũ prepositione ut it clamor cęlo. pro ad cęlum. sed quare sint inuenti isti casus aduerte. nominatiuus datur. ut illo significare possimus aliquem pficientem actum quem possit ut socrates legit. genitiuus ut dicat

*Quarẽ cãus sũt inuẽti & sic nominati*

actum alicuius congruitatis in esse possesso ut liber ioannis: quasi ab eo: uel pro eo genitus datiuus: ut cui scilicet aliquid cõgruat accusatiuus ut dicat actum perfectum actiuum alicuius agentis: ut lego librum: uocatiuus ut eundem notet respectu alicuius obiecti ad aliud excitatiue ut o polidee da operam uirtutibus: ablatiuus postremo repertus est: ut illo significetur actus passiuus alicuius respectu alterius ut a me legitur liber: horum autem casuũ talis habetur ordo: nominatiuus prior est cęteris casibus qa nominatiuus dicit quid absolutum per independẽtiam ab aliis casibus: q̃uis sub respectibus: quia scilicet respicit cõstructionem: nec nominatiuus dicitur casus: quia ab aliis casibus cadat per declinationem: sed qa uel cęteri ab ipso cadant: uel quia primo cadit a mentis conceptu in uariandis cęteris casibus: diffinitio ergo casus: cõuenit aliomodo recto: aliomodo obliquis scilicet ꝙ casus est uariatio dictionũ casualium: & ideo primo ponitur nominatiuus: secũdo genitiuus quia significat aliquid ut huius: ad quod primo quisq̨ progredit̃ ut scilicet possideat: datiuus sequitur genitiuum quia nihil quisq̃ alicui prębet nisi illud prius possederit: accusatiuus quia dicit intẽtionem finalem alicuius ad aliud cui quis dare quid debeat: uocatiuus sequitur accusatiuum quia illo mentis excitatio significatur respectu eius: qui ut quid alteri dare debeat: ablatiuus ultimo loco ponitur: quia eo actus passiuus denotatur: ut a quo in aliud: & quia cęteri casus non proprie dicti casus: sed obliqui ut ab alio: in flexione ipsa dependentes dicunt actum actiuum: priores sunt ab latiuo: quo greci carent: non dico tamen ꝙ naturaliter nominatiuus sit prior aliis casibus: quia plura sunt nomina quę his carẽt. & pro nomina: sed solum per accidens: & sic patet: quomodo casus: casu prior fit: dico etiam ꝙ uocatiuus in eo ꝙ excitatiuus mentis est prior datiuo: & accusatiuo: tamen quia ceteris inperfectior est: ideo & posterior: qui uocatiuus dicitur esse absolutus: quia precise tendit ad personam non ad rem ei uel ad alium dandam: uel ad pfectionem eius sunt ergo tantum quinq̨ nominis accidentia: inter que non ponitur persona quoniam ei non concordat uerbum respectu trium actuum nisi ex additione ego & tu pronominum quod accidit in pronomine: nec declinatio quia ea cognoscitur: casuum inflexione ideo continetur sub casu: nec comparatio: qa non est accidens generale: quia illa sola nomina comparantur: signo quorum comparatio potest augeri uel minui: nec qualitas quia continetur sub specie: quare sat ex his uidetur esse dictum de nomine quo ad quinq̨ accidentia: nunc transeamus ad nominum

Ordo casuum & ratio pulchra.

Quare dicat nominatiuus rect⁹ cęteri uero casus obliqui.

Quid ẽ genitius casus.

Datiuus.

Accusatiuus.

Vocatiuus.

Ablatiuns.

Rectus

Obliqui.

Nota ď casu uocatiuo.

Quare pso na: uel declinatio & cętera nõ numerant̃ inter accidẽtia nois.

declinationem: nomina quedam uariando ut facere satis possimus prima rudimenta grammatices adiscentibus.

¶ Declinatō quid est.

¶ Poeta quotę declinationis est: declinationis uariationis: sorciētis primum secundum uel tertium locum uel ut sequit̃ quia declinatio est uocū uariatio in nomine: qđ qualis uariationis sit ex genitiui casus terminatione cognoscitur quam subito sequitur interrogatio per quotus quota quotum.

¶ Nominatiuo hic poeta. Genitiuo huius poete. Datiuo huic poete. Accusatiuo hunc poetaꝫ. Uocatiuo o poeta. Ablatiuo ab hoc poeta. Et pluraliter nominatiuo hĳ poete. Genitiuo horum poetarū. Datiuo his poetis. Accusatiuo hos poetas. Uocatiuo o poete. Ablatiuo ab his poetis.

¶ Admiratō auctoris policarpi.

¶ Aduerte uir docte que dicam nec ea mirabere: cū a tot seculis hunc aureum librum tam turpiter deprauatum nullus unq̃ emendauerit quomodo recte dici possit cuius sit declinatiōis hoc nomen: cum detur responsio per nomina ordinem significantia puta: prime. secunde. tertie. & per his similia: debet ergo fieri per hoc rellatiuum quo talis ordo queritur hoc solum semel ut uerū excussi e cerebro: o q̃ molisimo: cuiusdā magistelli tudertini grāmatiste: quos tam clara urbs: & ciuitas abhorreat obsecro: pro ingenuis quos habet liberis: nec uulgus quandoqꝫ aut inuidiam curet. prime ergo declinationis genitiuus terminatur in ae diphtongum. secunde in. i. productum. tertia in. is. correptam. quarta in us uel in. u. quinta in. ei. sillabas diuisas quarum declinationū ordo recte ponitur a donato: quia. ae. precedit. i. & hec duo. is. &. is. us. sicut. i. precedit. u. & hec omnia quinta: que ultimo loco ponitur: quia habet sillabas diuersas: quando ergo queritur: poeta quote declinationis est: illic non capitur poeta materialiter idest pro ipsa uoce sui ipsius significatiua sicut quando queritur poeta que pars orationis est: sed alicuius alterius in uoce: q̃uis non res p uocem significanda: sed ipsa uox significatiua rei est uariabilis p casus: hoc ergo nomen poeta qua uariatione terminatur in uoce genitiui casus: quarū quedam sunt monoptote ut que ab hoc & nomen tale denominant simili terminatione uariate ut gummi: neq̃ & similia: que uero habent tantum duos casus diuersos & nō plures ut ueru: & uerubus: monoptote sunt: triptota a tribus casibus similibus ut neutra: tetraptota que in er desinunt declinationis secunde & uariis terminantur casibus: penta ꝙ tota sunt oia adiecti-

¶ Quare debeat dici quote declinationis: & nō cuius.

¶ Cum dicit̃ poeta quote declinatiōis est qūo capit̃

¶ Varia casuum noiatio.

Verbo impersonali tempore presenti legitur : preterito imperfecto legebatur : preterito pfecto lectuz est vel fuit:preterito plusq̃z perfecto lectum erat vel fuerat: futuro leget. Imperatiuo modo tempore presenti legatur : futuro legitor:optatiuo modo tempore presenti vtinaz legatur : preterito imperfecto vtinaz legeretur:preterito pfecto vtinam lectum esset vel fuisset:futuro vtinaz legatur: subiunctiuo modo tempore pñti cum legatur : preterito impfecto cum legeretur:preterito perfecto cum lectum sit vel fuerit : p̃terito plusq̃z perfecto cũ lectuz esset vel fuisset:futuro cum lectuz erit vel fuerit. Infinitiuo modo tempore presenti ⁊ preterito impfecto legi: preterito pfecto ⁊ plusq̃z pfecto lectũ eẽ vel fuisse:futuro lectũ iri.

¶ Indicatiuo modo tēpore pñti lego: legeris vel legere legitur: & plr̄ legimur legimini leguntur. preterito imperfecto legebar legebaris vel legebare legebatur. & pluralr̄ legebamur legebamini legebantur. preterito perfecto lectus sum: vel fui. lectus. es. vel fuisti. lectus est vel fuit. & pluralr̄ lecti sumus: vel fuimus: lecti estis vel fuistis: lecti sunt fuerunt vel fuere: preterito plusq̄ pfecto lectus eram vel fueram: lectus eras vel fueras lectus erat vel fuerat: & pluraliter ecti eramus vel fueramus lecti eratis vel fueratis: lecti erāt vel fuerāt: futuro legar legeris: vel legere legetur: & plu legemur legemini legentur.

¶ Imperatiuo modo tp̄e p̄senti ad secundam & tertiam psonam legere legatur & pluralr̄ legamur legamini legantur. futuro legitor tu. legitor ille. & pluralr̄ legamur legiminor legūtor. optatiuo modo tempore presenti vtinaz legar legaris vel legare legatur: & pluraliter vtinaz legamur legamini legātur. preterito impfecto vtinā legerer legereris vel legerere legeretur. & pluraliter vtinaz legeremur legeremini legerētur. preterito perfecto: & plusq̄ perfecto vtinam lectus essem vel fuissem: lectus esses vel fuisses: lectus esset

uel ri interposita etiā in re ut legebaris: uel legebare legebat: a tertia actiui addita ur: legebamur legebamini: a secūda singularis actiui remota. s. & addita mur & mini sillabis legebantur a tertia actiui addita ur: legar a futuri prima persona mutando. m. in. r. legeris a secunda actiui futuri ī teriecta ri legetur a leget addita ur. legere a singulari actiua addita re legatur a tertia actiua addita ur legamur aprima pluralis imperatiui abiecta. s. & addita. r. legamini fit a secunda presentis actiui indicatiui abiecta. s. & addita mini: legantur a tertia actiui addita ur: legitor tu: fit a sua actiui: addita. r. legamur est similis sue prime persone presentis pluralis numeri legiminor fit a secūda presentis indicatiui passiui pluralis numeri. i. finali ī or conuersa: legūtor formatur a tertia actiui addita. r. utinam legerer fuit in optatiuo: & subiunctiuo ab actiuis mutādo m. in. r. & in secunda singularis interposita ri uel re. & si ante. s. . i. breuis esset hec in. e. mutata faciunt passiuorum

personas:infinitiuo modo legi fit ab actiuo.e. in i.& quidam dicunt a secũda imperatiui hac mutatione facta: futuro lectum iri:iam satis dictum est de huiuscemodi coniugationibus.

Formatio quarte cõiugationis.

Audio audis audit huius coniugationis est tantum una terminatio ĩ io uel sint actiua uel sint neutralia eo queo ueneo & ex his composita excipiuntur facit in preterito audiui & ut plurimũ omnia uerba huius coniugatiõis tale preteritum habent:uincio tamẽ uinxi facit quia si uerba que desinunt in cio in presenti ĩdicatiuo excesserint numerum duas sillabarum & ante cio habuerint.n. tunc conuertunt cio in xi ut sãctio sanxi:facit tamẽ sanciui:& sancii: que etiã habuerint uel.n. uel r. uel.u.ante cio: uel etiã aliquam aliam consonãtem ut fulcio fulsi & fulxi facere potest alia omnia desinunt in ui in diui sum remota.s.finali secũde persone presentis indicatiui:ut scio scis sciui:ab eo etiam composita haurio hausi:& hauriui & haurii faciet:sensi aperui:a

vel fuisset:ꝛ pluraliter vtinã lecti essemus vel fuissemus:lecti essetis vel fuissetis:lecti eẽnt vel fuissent. futuro vtinam legar legaris:vel legare legatur:ꝛ pluraliter vtinã legamur legamini legantur. Subiunctiuo modo tpe p̄senti cum legar legaris: vel legare legatur. ꝛ pluraliter cum legamur legamini legantur. preterito imp fecto cuz legerer legereris vel legerere legeretur. ꝛ pluraliter cuz legeremur legeremini legerẽtur. preterito perfecto cum lectus sim vel fuerim: lectus sis vel fueris: lectus sit vel fuerit. ꝛ pluralr cum lecti simus vel fuerimus:lecti sitis vel fueritis: lecti sint vel fuerint. preterito plusq̄ȝ pfecto cuz lectus essem vel fuissem lectus esses vel fuisses:lectus esset vel fuisset:ꝛ plr cum lecti essemus vel fuissemus: lecti essetis vel fuissetis:lecti essent vel fuissent. futuro cuz lectus ero: vel fuero:lectus eris vel fueris: lectus erit vel fuerit: ꝛ pluraliter cum lecti erimus vel fuerimus: lecti eritis vel fueritis:lecti erint vel fuerint. Infinitiuo modo tẽpore presenti legi preterito pfecto ꝛ plusq̄ȝ perfecto lectum esse vel fuisse. futuro lectum iri. Quot participia trahunt ab hoc verbo passiuo:duo:que:lect⁹ ꝛ legẽdus. lectus vnde formatur ab vltimo

supino quomodo lectum lectu: addita.s.littera fit lectus:legẽdus vnde formatur:a genitiuo sui pre sentis participij quomodo legens legentis tis.in dus fit legendus.

¶ Indicatiuo modo tẽpore pñti audio audis audit:⁊ plr̃ audimus auditis audiunt. preterito imper= fecto audiebam audiebas audie= bat.⁊ pluraliter audiebamus au= diebatis audiebant. preterito per fecto audiui audiuisti audiuit. ⁊ pluraliter audiuimus audiuistis: audiuerũt vel audiuere.preterito plusq̃ perfecto audiueram audi ueras audiuerat. ⁊ plr̃ audiuera= mus audiueratis audiuerant. fu= turo audiam audies audiet.⁊ plr̃ audiemus audietis audient.

¶ Imperatiuo modo tẽpore pre senti ad secundam ⁊ tertiam per= sonam audi audiat.Et pluraliter audiamus audite audiant.futuro audito tu audito ille. ⁊ pluraliter audiamus auditote audiunto.

¶ Optatiuo modo tempore pre= senti ⁊ preterito imperfecto vtinã audirem audires audiret. ⁊ plu= raliter vtinam audiremus audi= retis audirent. preterito plusq̃ p fecto vtinã audiuissem audiuisses audiuisset. ⁊ pluralr̃ vtinam au= diuissem⁹ audiuissetis audiuissent. futuro vtinam audiam audias audiat. ⁊ pluralr̃ vtinam audia=

pario uisum componi: a quo composita si princi- palem sillabam putant: nec habuerint ex integra compositione conuertũt io in ui:ut cooperio co- operui:reperio in preteri to duplicat.p. ut repperi cõperio uero: non tamẽ habet preteritum simile ut comperi: a quo uero pario scilicet si que uer- ba deponentia fuerint q̃- lia sunt experior operior habebunt preterita passi- uis similia: ut expertus: opertus:salio facit saliui salii:& salui: legatur luca nus in quarto:& ouidius in quarto fastorum.& sta tius in nono. & habent supinum in ctum quorũ est preteritum in xi.ut sã xi sanctum: & sancitum: quorum uero est preteri- tum in si quod.r.uel.l.p̃- cesserit talia si mutant in tum sarsi sartum refertio refertũ ut patet apud ci- ceronem secundo tuscu- lanorum questionũ: alia in si desinentia:seruãt ge neralem regulam termi- nantium:in si ut sensi sen sum:hausi haustum: sepsi septum:ueni uentũ a per- tum partum: alia omnia que tam in ui q̃ in.ii. faci unt preteritum:supinum faciũt in tum: penultima

producta ut munio: mu niui: munitum: sed que desinunt in eo: ut sunt dissilaba aliarum coniugationum: penultimam supini corripiunt ut eo iui.uel.ii.itum:sino: siui: uel sii situm:cieo:cii:uel ciui citum penultimam corripit a cio quarte con iugationis producit & pono penultimam corri pit sui suppini: ueneo tamen uenum facit: non uenitum: sepelio sepultum: & sepelitum: ut est auctor cato in thermū: salio saltum: per simplex l. per duplex salitum sal lo salsum: a quo saliturus & salsurus: apud liuium: & etiam participium preteriti: salitus: & salsus: ambio: ambii: am biui: & ambitum: penultima producta: ratione huius nominis ambitus: in quo penultima corripitur: ouidius in primo methamorphosis: possit: & ambite circundare littora terre: & lucanus in primo: letalisq; ambitur urbis: annua uenali referens certamina campo: hec de preteritis & supi nis huius coniugationis & de personis omnium coniugationum dictum est: breuibus & hic tan.

mus audiatis audiant. Subiunctiuo modo tempore presenti cuз audiam audias audiat. ꝛ pluralr̄ cum audiamus audiatis audiant. preterito imperfecto cū audirem audires audiret. ꝛ pluraliter cum audiremus audiretis audirent. preterito perfecto cuз audiuerim audiueris audiuerit. ꝛ pluraliter cum audiuerimus audiueritis au diuerint. preterito plusq̄ pfecto cum audiuissem audiuisses audiuisset. ꝛ pluralr̄ cū audiuissemus audiuissetis audiuissent. futuro cū audiuero audiueris audiuerit. ꝛ pluraliter cum audiuerimus audiueritis audiuerint. Infinitiuo modo tēpore presenti ꝛ preterito imperfecto audire. preterito perfecto ꝛ plusq̄ perfecto audiuisse. futuro auditū ire vł auditurū esse.

Quot participia trahunt ab hoc verbo actiuo? duo: que? audiens ꝛ auditurus. Audiens vnde formatur? a prima persona preteriti imperfecti indicatiui modi: quomodo? audiebam: bam in ns fit audiens. Auditurus vnde formatur? ab vltimo supino: quomodo: auditum auditu: addita rus fit auditurus.

¶ Uerbo impersonali tempore presenti auditur. preterito imperfecto audiebatur. preterito perfecto auditum est vel fuit. preterito

plusq̃ perfecto auditus erat vel fuerat. futuro audiet. Impatiuo modo tp̃e pñti audiatur. futuro auditor. Optatiuo modo tẽpore presenti vtinã audiatur. preterito pfecto vtinam auditum esset vel fuisset. futuro vtinam audiatur. Subiũctiuo modo cu3 audiatur. preterito impfecto cũ audiretur. preterito pfecto cu3 auditũ sit vel fuerit. preterito plusq̃ pfecto cu3 auditũ esset vel fuisset. futuro cu3 auditũ erit vel fuerit. Infinitiuo modo tp̃e p̃senti ⁊ ptõ impfecto audiri. preterito pfecto ⁊ plusq̃ perfecto auditum esse vel fuisse. futuro auditum iri.

¶ Indicatiuo modo tp̃e presenti audior audiris vel audire audit. ⁊ plr̃ audimur audimini audiuntur. preterito impfecto audiebar audiebaris vel audiebare audiebatur. ⁊ pluraliter audiebamur audiebamini audiebant. p̃terito perfecto auditus sum vel fui auditus. es. vel fuisti auditus est vel fuit: ⁊ pluraliter auditi sumus vel fuimus auditi estis vel fuistis: auditi sunt fuerunt vel fuere. futuro audiar audieris vel audiere audietur: ⁊ pluraliter audiemur audiemini audientur.

¶ Imperatiuo modo tempore presenti ad secundam ⁊ tertiam personam: audire: audiatur:

gam: prima & secunda uerba solis pro nominibus iungi solet: ne si iũgeretur nomini fieret soloecismus: ut cum dicerent lego fabius: sed ego fabius lego tertia potest iungi nominibus absque casu uocatiuo: unde prima persona in prima coniugatione in o. & secunda in as. o. in as conuersa productam secunda in es productã que necessario minor ẽ una sillaba in tertia uero coniugatione si habuerit. i. ante. o. tunc re mota. o. assumit. s. in secunda persona: ut cupio cupis: alia omnia quacunq̃ littera antecedente. o. i is breuẽ: mutato: faciunt secundã personã ut ruo ruis: lego legis: in hac quarta cõiugatione prima psona exit: ĩ io & in eo. a quo fit scd̃a o. in es uel eo in is conuersa: ut audio audis trãseo trãsis & in utraq̃ terminatione puta etiam in nequeo: nequis ẽ minor una sillaba exceptis anomalis idest in equalibus terminatione aliarũ coniugationũ qm̃ sunt irregularia ut nõ seruãtia regulam alicuius coniugationis: futuro audiam fit

a secunda persona presen
tis indicatiui remota.s.&
addita am uel a pria mu-
tando.o.in am:audio au
diam:audies:am in es au
diet.s.in.t. sicut audiebā
o in e & addita bam pre-
ter ibam quibam audiēt
a tertia psona singularis
interiecta .n. alie forma-
tiones huius coniugatio
nis seruant regulam alia-
rum coniugationum.

¶ Audior audiris:que cō
ueniunt uerbis prime se-
cunde & tertie coniuga
tionis formationes tem-
poribus.hee & huic: hoc
tamen interest: audiar in
futuro:a sua actiui fit mu
tādo.m.in.r. audieris ab
eadem.e.longa remanē-
te tertia fit a tertia actiui
addita ur.cętera sunt ali-
is similia.

¶ Formatio uerbi anomali.

¶ Indicatiuo modo:sum
es est nunc de anomalis
discerēdum est que qua-
tuor sunt:sum uolo fero
& edo que anomala di-
cunt quia habēt in equa
lem declinationem aliis
coniugationibus:de hoc
uerbo sum q̄uis plura su-
pra dixerim tamen etiā
pauca addam ꝙ scilicet
hoc fere totū profertur
per concisionē precipue
in presenti

⁊ pluraliter audiamur audiami-
ni audiantur. futuro auditor tu.
auditor ille. ⁊ pluralr̄ audiamur
audiminor audiuntor. optatiuo
modo tempore presenti vtinam
audirer audireris vel audirere au
diretur. ⁊ pluraliter vtinam au-
diremur audiremini audirentur.
preterito plusq̄ perfecto vtinam
auditus essem vel fuissem: audi-
tus esses vel fuisses:auditus esset
vel fuisset:⁊ pluraliter vtinaȝ au-
diti essemus vel fuissemus:auditi
essetis vel fuissetis: auditi essent
vel fuissent.futuro vtinaȝ audiar
audiaris vel audiare audiatur. ⁊
pluraliter vtinam audiamur au-
diamini audiantur. subiunctiuo
modo tempore presenti cum au-
diar audiaris vel audiare audia-
tur. ⁊ pluraliter cum audiamur
audiamini audiantur. preterito
imperfecto cū audirer audireris
vel audirere audiretur. ⁊ pluralr̄
cum audiremur audiremini audi
rentur.preterito perfecto cum au
ditus sim vel fuerim auditus sis
vel fueris:auditus sit vel fuerit.⁊
pluraliter cum auditi erimus vel
fuerim⁹:auditi eritis vel fueritis:
auditi erint vel fuerint. preterito
perfecto cum auditus essem vel
fuissem:auditus esses vel fuisses:
auditus esset vel fuisset.⁊ pluralr̄
cū auditi essemus vel fuissemus:
auditi essetis

auditi essetis vel fuissetis auditi
essent vel fuissent.futuro cũ au=
ditus ero vel fuero auditus eris
vel fueris:auditus erit vel fuerit:
⁊ pluraliter cũ auditi erimus vel
fuerimus auditi eritis vel fueritis:
auditi erint vel fuerint. Infiniti=
uo modo tẽpore presenti: ⁊ pre=
terito imꝑfecto audiri preterito
perfecto ⁊ plusq̃ perfecto auditũ
esse vel fuisse.futuro auditum iri.
Quot participia trahunt ab hoc
verbo passiuo duo que: auditus
⁊ audiendus: auditus vnde for=
matur ab vltimo supino: quo=
modo: auditũ auditu addita.s.
fit auditus:audiendus vnde for=
matur: a genitiuo sui presentis
participij quomodo audiens au=
dientis tis.in dus fit audiendus.
¶ Indicatiuo modo tempore pre
senti sum:es.est:⁊ pluralr̃ sumus
estis.sunt:preterito imꝑfecto erã
eras erat:⁊ pluralr̃ eramus eratis
erant: preterito perfecto fui fuisti
fuit. ⁊ pluralr̃ fuimus fuistis fue=
runt vel fuere: preterito plusq̃
perfecto fueram fueras fuerat: ⁊
pluraliter fueramus fueratis fue=
rant.futuro ero eris erit.⁊ plura=
liter erimus eritis erunt. Impe=
ratiuo modo tempore presenti:
ad secundam ⁊ tertiam personã:
sis.vel es.sit. ⁊ pluraliter simus.
este.sint.futuro esto.tu.esto ille. ⁊

in presenti indicatiui ut
summam suimet simpli-
citatem indicans:quo &
substantiuum dicitur: q̃
per se substet: nec egeat
alio uerbo: sed in ipsum
cętera resoluũtur: & hoc
totum sumptũ est a gre
cis: breuitate gaudenti-
bus:quod quid significet
dictum est supra.

¶ Formatio uerbi uolo.

¶ Indicatiuo modo: per
sincopam consonantes:
& mutatione .o. in.e. &
addita is pro ei diphton
gum facit: antiquissimi
enim dicebãt: uolo ueis
pro uolo uolis: post ta-
men iuniores ei.in.i. lon
gum conuertere ausi sũt
ne si uelis dicerent intel-
ligeretur datiuus & abla
tiuus plurales huius no-
minis uelum uelis tertia
quoq; persona profertur
per cõcisionem uult uel
uolt pro uolit:ubi o in u
conuersa uult dicimus:
plautus tamen maluit di
xisse uolt q̃ uult: uolum⁹
pro uolimus.u.pro.i. pe-
nultima ponitur: uultis
pro uolitis per circunci-
sionem tertie persone ad
dita is profertur sicut in
aliis coniugationibus ut
legetis docetis:uolunt se
quitur tertiam coniuga-
tionem.o.in unt cõuersa

¶ Plautus.

T

ut & reliqua huius uerbi tempora indicatiui modi: imperatiuo modo caret hic recte: quia non habet secundam personam indicatiui nisi corruptã ex qua secunda imperatiui nasci solet caret & tertia imperatiui: posset tamẽ facere uolo uolat ex prima persona indicatiui: mutata. o. in at. sed differẽtie causa huius uerbi uolo uolas uolat hoc factum est: ut ea careat: & ideo subiũctiuus modus habet uelis uelit dici etiã posset morali ratione qa impatiuus significat necessitatẽ aqua uolũtas cũ sit libera abhorent quod & uerbũ hanc significãs renuit habet tamẽ in cõpositione idest imperatiuum compositum in secunda persona in. i. desinente ut noli: ut tamen possumus subiuncto pro imperatiuo ut fac uelis: in prima & tertia persona plurali omnium uerborum imperatiuus presens: similis est subiũcto presens ut preteritum imperfectũ ac futurũ: optatiui modi ut uellem & uelim hãc regulã corrũpit qd' fit differẽtie causa secunde psone indicatiui ex qua ipsa oritur futurũ

pluraliter sumus estote sunto: vel suntote. Optatiuo modo tẽpore pñti: ꝛ ptõ impfecto vtinaz essem esses esset: ꝛ plr vtinam essemus essetis essent. Futuro vtinam sim sis sit. ꝛ plr vtinã simus sitis sint. Subiũctiuo modo tpe pñti cum sim sis sit. Et plr cum simus sitis sint: ptõ impfecto cuz essem esses esset: ꝛ plr cũ essem⁹ essetis essent. Ptõ perfecto cum fuerim fueris fuerit: ꝛ plr cũ fuerimus fueritis fuerint. Ptõ plusq̃ꝫ pfecto cum fuissem fuisses fuisset. ꝛ plr cum fuissemus fuissetis fuissent. futuro cuz fuero fueris fuerit. ꝛ plr cum fuerimus fueritis fuerint. Infinitiuo modo tpe pñti: ꝛ ptõ impfecto esse: ptõ pfecto: ꝛ plusq̃ꝫ pfecto fuisse. Futuro caret: sꝫ pro eo vtimur fore: ꝛ futurũ esse: Gerũdijs ꝛ supinis caret. Quot participia trahũtur ab hoc uerbo substantiuo vnũ: qd' est ens: Ens: vñ formaꝛ: a prima psona: p̃teriti imperfecti indicatiui modi: qũo eram eras: mutando ras. in. ns. fit ens. ¶ Indicatiuo mõ tpe pñti: volo vis vult: ꝛ plr volumus vultis volũt. Ptõ impfecto volebam volebas volebat. ꝛ plr volebamus volebatis volebãt. Ptõ pfecto volui voluisti voluit. ꝛ plr voluimus voluistis voluerũt vel voluere. ptõ plusq̃ꝫ pfecto volue

rā volueras voluerat. ꝛ plr̄ volueram⁹ volueratis voluerāt. futuro volā voles volet. ꝛ plr̄ volem⁹ voletis volēt. ¶ Impatiuo mō caret: hēt tñ in cōpositione: Noli ꝛ nolite nolito ꝛ nolitote. Optatiuo mō tpe pñti ꝛ ptō imperfecto vtinā vellē velles vellet: ꝛ plr̄ vtinā vellem⁹ velletis vellēt. Ptō pfecto ꝛ plusq̄ pfecto vtinā voluissem voluisses voluisset. ꝛ plr̄ vtinā voluissem⁹ voluissetis voluissent. futuro vtinā velim velis velit. ꝛ plr̄ vtinā velim⁹ velitis velint. ¶ Subiūctiuo mō tpe pñti cū velim velis velit. ꝛ plr̄ cū velim⁹ velitis velint. ptō impfecto cū vellē velles vellet. ꝛ plr̄ cū vellemus velletis vellēt. ptō pfecto cū voluerim volueris voluerit. ꝛ plr̄ cū voluerim⁹ volueritis voluerīt. ptō plusq̄ perfecto cū voluissem voluisses voluisset. ꝛ plr̄ cū voluissem⁹ voluissetis voluissent. futuro cū voluero volueris voluerit. ꝛ plr̄ cū voluerim⁹ volueritis voluerīt. ¶ Infinitiuo modo tpe pñti ꝛ ptō impfecto velle: ptō pfecto ꝛ plusq̄ pfcō voluisse. futuro caret. Gerundijs: ꝛ supinis caret. Quot participia trahunt ab hoc verbo neutro: vnū: scilicet volēs: ꝛ formaṫ a prima psona preteriti imperfecti indicatiui modi: qūo volebam bam. in. ns. fit volens.

uero ut remoueatur dubiū aliter diceremus uolam uolas uolat dixerat tamē cicero: in secundo de natura deorum ꝓ uelim uolem: alia omnia q̄ a prima ante dicte coniugationis fiūt integrā declinationem seruant.

¶ Formatio uerbi fero

¶ Indicatiuo modo fero fers fert profert secundā & tertiam personam per sincopam. i. littere ne uidentur esse secūda & tertia persona huius uerbi ferio feris ferit: qđ a grecis habitū est: ferimus ferunt secuntur tertiam declinatiōem: fertis pro feritis: ex concisione preteritum perfectnm & futurum sunt cognata tertie coniugationis temporibus: & in omnibus aliis modis exceptis illis personis: que nasci solet a secunda persona: quia in his seruat eiusdem persone concisionem ut feris fer ferte ferto fertote ferrem ferre: & que fiunt a prima persona recta regula declinantur: ut ferebam: feram: tuli facit in preterito perfecto: & tetuli terentius: huic tetulissem pedem.

Indicatiuo modo tempore presenti: Fero fers fert. Et pluraliter ferimus fertis ferunt. Preterito imperfecto ferebam ferebas ferebat. Et pluraliter ferebamus ferebatis ferebant. Preterito perfecto tuli tulisti tulit. Et plr tulimus tulistis tulerunt vel tulere. Preterito plusq̄ perfecto tuleram tuleras tulerat. Et pluraliter tuleramus tuleratis tulerant. Futuro feram feres feret. Et pluraliter feremus feretis ferent. Imperatiuo modo tempore presenti ad secundam et tertiam personam fer ferat. Et plr feramus ferte ferāt. Futuro ferto tu ferto ille. Et pluralr feramus fertote ferunto. Optatiuo modo tempore presenti et preterito imperfecto vtinam ferem feres feret. Et pluraliter vtinam feremus feretis ferent. Preterito perfecto et plusq̄ perfecto vtinam tulissem tulisses tulisset. Et pluraliter vtinā tulissemus tulissetis tulissent. Futuro vtinam feram feras ferat. Et pluraliter vtinam feramus feratis ferant. Subiunctiuo modo tempore presenti cum feram feras ferat. Et pluralr cum feramus feratis ferant. Preterito imperfecto cū ferrem ferres ferret. Et pluralr cū ferremus ferretis ferrent. Ptō perfecto cum tulerim tuleris tulerit. Et pluralr cū tulerimus tuleritis tulerint. Preterito plusq̄ perfecto cum tulissem tulisses tulisset. Et pluraliter cū tulissemus tulissetis tulissent. Futuro cū tulero tuleris tulerit. Et pluraliter cū tulerimus tuleritis tulerint. Infinitiuo modo tempore presenti et preterito imperfecto ferre. Preterito perfecto et plusq̄ perfecto tulisse. Futuro latum ire vel laturum esse. Gerundia vel participalia nomina sunt hec: ferēdi ferendo ferendum. Supina sunt hec latum latu. Quot participia trahuntur ab hoc verbo actiuo? duo: que? ferens et laturus. Ferens vnde formatur? a prima persona preteriti imperfecti indicatiui modi: quomodo? ferebam bam in ns fit ferens. Laturus vnde formatur: ab vltimo supino: quomodo? latum latu addita rus fit laturus.

Verbo impersonali tempore presenti fertur. Preterito imperfecto ferebatur. Preterito perfecto latum est vel fuit. Preterito plusq̃ perfecto: latum erat vel fuerat. Futuro feretur. Imperatiuo modo tempore presenti feratur. Futuro fertor. Optatiuo modo tempore p̃senti: ꝛ preterito imperfecto vtinaȝ ferretur. Preterito perfecto: ꝛ plusq̃ p̃fecto: vtinã latum esset: vel fuisset. Futuro vtinaȝ feratur. Subiunctiuo modo tempore presenti cũ feratur. Preterito imperfecto cũ ferretur preterito perfecto cũ latuȝ sit vel fuerit. Preterito plusq̃ perfecto cũ latum esset vel fuisset. Futuro cum latum erit vel fuerit. Infinitiuo modo tempore presenti: ꝛ preterito imp̃fecto ferri: preterito perfecto: ꝛ plusq̃ perfecto: latum esse vel fuisse. Futuro latuȝ iri. Indicatiuo modo tempore presenti: feror ferris vel ferre fertur. Et pluraliter ferimur ferimini feruntur. Preterito imp̃fecto ferebar ferebaris vel ferebare ferebatur. Et pluraliter ferebamur ferebamini ferebantur. Preterito perfecto latus sum: vel fui latus es. vel fuisti: latus est vel fuit. Et pluralr̃ lati sumus vel fuimus lati estis: vel fuistis lati sunt: fuerũt vel fuere. Preterito plusq̃ perfecto latus eram: vel fueram latus eras vel fueras: latus erat vel fuerat. Et pluraliter lati eramus vel fueramus lati eratis vel fueratis: lati erant vel fuerant. Futuro ferar fereris: vel ferere feretur. Et pluralr̃ feremur feremini ferentur. Imperatiuo modo tempore presenti: ad secundam: ꝛ tertiam p̃sonam: ferre feratur. Et pluralr̃ feramur feramini ferantur. Futuro fertor tu. fertor ille. Et plr̃ ferramur feriminor feruntor. Optatiuo modo tempore presenti: ꝛ preterito imp̃fecto vtinã ferrer ferreris vel ferrere ferret. Et plr̃ vtinã ferremur ferremini ferrentur. Preterito p̃fecto: ꝛ plusq̃ p̃fecto: vtinã latus essem: vel fuissem: latus esses: vel fuisses: latus esset: vel fuisset. Et plr̃ vtinam lati essemus: vel fuissemus: lati essetis: vel fuissetis: lati essent: vel fuissent. Futuro vtinam ferar feraris vel ferare feratur. Et plr̃

¶ Fertur hoc impersonale fit a fero: & hoc sequitur ipsum signifi candi modũ ut patuit ex supradictis: q̃ re in hoc nõ plura dicam.

¶ Indicatiuo modo feror ferris uel ferre fertur: non facit fereris ut legor legeris ne uideat futurum indicatiui habere uel hoc indicatiuum cũ illo aliquam similitudinẽ q̃uis sit in accentu cognitio: ad hoc tamẽ cautella superabũdãs iuuat: & ne tertia p̃sona hanc ex hoc sequẽs uideatur esse huius uerbi ferior feritur.

vtinã feramur feramini ferant. Subiũctiuo mõ tpe pñti cũ ferar feraris vel ferare ferat. Et plr cũ feramur ferami ni ferant. Prõ imꝑfecto cũ ferer ferreris vel ferrere ferretur. Et plr cũ ferremur ferremini ferrent. Prõ ꝑfecto cũ latus sim vel fuerim: latus sis: vel fueris: latus sit vel fuerit. Et plr cũ lati simus: vel fuerimꝰ: lati sitis: vel fueritis: lati sint: vel fuerint. Prõ plusq̃ꝫ ꝑfecto cũ latꝰ essem vel fuissem: latus esses vel fuisses: latus esset vel fuisset. ⁊ plr cũ lati essemus vel fuissemꝰ: lati essetis vel fuissetis: lati essent vel fuissent. Futuro cũ latus ero: vel fuero: latꝰ eris: vel fueris: latus erit vel fuerit. Et plr cũ lati erimus vel fuerimus: lati eritis vel fueritis: lati erũt vel fuerint. Infinitiuo mõ tpe pñti: ⁊ prõ imꝑfecto ferri. prõ ꝑfecto ⁊ plusq̃ꝫ ꝑfecto latũ esse vel fuisse. Futuro latũ iri. Quot participia trahunt ab hoc verbo passiuo: duo: que latus ⁊ ferẽdꝰ: latꝰ vñ formaṫ: ab vltimo supino: qũo: latũ latu: addita. s. fit latꝰ: ferẽdꝰ vñ formaṫ: a gtõ sui pñtis participij: quomodo ferens ferentis. tis. in dus. fit ferendus.

Indicatiuo modo tpe pñti edo: es est. ⁊ plr edimꝰ editis edũt. prõ imꝑfecto edebã edebas edebat. ⁊ plr edebamus edebatis edebant. prõ ꝑfecto edidi edidisti edidit. ⁊ plr edidimus edidistis ediderunt: vl' edidere. prõ plusq̃ꝫ ꝑfecto edideram edideras ediderat. ⁊ plr ediderramus edideratis ediderãt. futuro edam edes edet. ⁊ pluralr edemus edetis edent. Imꝑatiuo modo tpe p̄senti: ede edat. ⁊ plr edamꝰ edite edant. Futuro edito tu. edito ille. ⁊ plr edamꝰ editote edunto. Optatiuo modo tẽpore presenti ⁊ prõ imꝑfecto: vtinam

**Formatio huius uerbi edo.**

Indicatiuo modo edo cõcisione. d. lr̃e facit secũdã ꝑsonã & sineresi. e. & i. in ei diphtongõ iũctis & ei in. e. productã lr̃am ne si diceret eis aliud significare uideret: ideo dicimus: edo es est nõ edis ne uideamur dubitar an e. sit producta uel correpta: tertia fit a secunda addita. t. ut edo. es. est. que est eadem cum tertia uerbi sum es est: differentie causa: quia si modo aliorum uerborum secunda persona. s. in. t. mutata ꝓferri deberent: ut puta es. & tunc: & putarent con-

ederem ederes ederet. ⁊ pluraliter vtinā ederemus ederetis ederent. ptō pfecto ⁊ plusq̃ pfecto: vtinā edissē: edisses edisset. ⁊ plr vtinā edissem⁹ edissetis edissent. futuro vtinā edā edas edat. ⁊ plr vtinam eddam⁹ edatis edāt. Subiūctiuo modo tpe pñti cū edā edas edat. ⁊ plr cū edamus edatis edāt. ptō impfecto cū ederē ederes ederet. ⁊ plr cū ederem⁹ ederetis ederēt. ptō pfecto cū ederim ederis ederit. ⁊ plr cū ederimus ederitis ederint. ptō p usq̃ pfecto cū edissem edisses edisset. ⁊ plr cū edissemus edissetis edissent. Futuro cū edero ederis ederit. ⁊ plr cum ederimus ederitis ederint. Infinitiuo mō: tempore pñti: ⁊ ptō impfecto esse vel edere. ptō pfecto ⁊ plusq̃ perfecto edisse. Futuro essum ire vel essurum esse. Gerūdia vel participalia nomina: sunt hec: edendi edendo edendum: Supina sunt hec: esum esu. Quot participia trahuntur ab hoc verbo neutro duo: que: edens: ⁊ esurus. Edens: vnde formaᵗ ab vltimo supino: preteriti impfecti: indicatiui modi: quomodo: edebam: bam: in. ns. fit edens: Esurus: vnde formaᵗ ab vltimo supino: quomodo essum: esu: addita. rus. fit essurus.

iunctio: non uerbum: unde non solum in uerbis in equalibus tertia persona oritur a secunda mutata. s. in. t. sed & in omnibus aliis: es edimus edūt ex tertia cōiugatione: in preterito perfecto & futuro in tertia coniugatione que a prima psona nasci solent in tertia imperatiui & in futuro optatiui quod est presens subiunctiui: in omnibus aliis: que a secunda persona oriuntur: secunda est corrupta: hec tamen sillaba huius uerbis es producitur quam a secunda persona acceperūt scrutato ubiq; es ut este. esto estote: essent esse: nec plura de anomalis uerbis: quorū significatiōem dicam in commentariis ethycorū senece iunioris catonis: quos edidi cum agerem annum secundum supra uigenum a nostri christi dei diuinare uirguncule nati millesimo anno nonagessimo quarto regnāte alexandro taraconensi tunc ponticifice maximo: & maximiano germano imperatore: & cesare alexandri filio Valētino duce.

¶ Quo tempore policarpus commētatus ē libros ethycorū senece.

¶Verbo impsonali edit hoc uerbum patit impsonale passiue uocis: quis ñ uere habeat passiuũ i hac declinatione sequit tamẽ significandi modũ in re: quod idẽ dicat de uerbo eo. is. it. ut a me editur & a nobis itur subiungit a marone: itur in antiquam siluam.

¶Indicatiuo modo: eo: is: it: quam seqt cõiugationẽ termini temporum superius satis dictum est.

Uerbo impersonali tempore presenti editur: preterito imperfecto edebatur: preterito perfecto esum est: vel fuit: preterito plusq̃ pfecto: esum erat vel fuerat. futuro edet. Imperatiuo modo tempore pñti edatur. futuro editor. Optatiuo modo tempore presenti: ⁊ preterito impfecto: vtinam ederetur. Preterito perfecto: ⁊ plusq̃ perfecto: vtinam esum esset: vel fuisset. Futuro vtinam edatur. Subiunctiuo modo tempore presenti: cum edatur. preterito imperfecto cum ederetur. preterito perfecto cum esum sit: vel fuerit. Preterito plusq̃ perfecto cum esum esset vel fuisset. Futuro cum essum erit vel fuerit. Infinitiuo modo tempore presenti: ⁊ preterito imperfecto edi. Preterito perfecto: ⁊ plusq̃ perfecto: essum: esse: vel fuisse. Futuro esum iri. amicus est meus et tulisset

Indicatiuo modo tempore presenti. eo. is. it: ⁊ pluralr imus itis eunt. Preterito imperfecto ibam ibas ibat. Et pluraliter ibamus ibatis ibant. Preterito perfecto iui iuisti iuit. Et pluraliter iuimus iuistis iuerunt vel iuere. Preterito plusq̃ perfecto iueram iueras iuerant. Et plr iueramus iueratis iuerant. Futuro ibo ibis ibit. Et plr ibimus ibitis ibunt. Imperatiuo modo tẽpore presenti: ad secundam ⁊ tertiam personam: i. eat. Et plr eamus ite eant. Futuro ito. tu. ito. ille. Et pluraliter eamus itote eunto. Optatiuo modo tempore presenti: ⁊ preterito imperfecto: vtinam irem ires iret. Et pluraliter vtinam iremus iretis irent. Preterito perfecto ⁊ plusq̃ perfecto vtinã iuissem iuisses iuisset. Et pluraliter vtinã iuissemus iuissetis iuissent. Futuro vtinam eam eas eat. Et pluralr vtinam eamus eatis eant. Subiunctiuo modo tempore presenti: cum eam eas eat. Et pluraliter cuȝ eamus eatis eant. Preterito imperfecto cuȝ irem ires iret. Et pluralr cum iremus iretis irent. Preterito perfecto cum iuerim iueris iuerit. Et pluraliter cum iuerimus iueritis iuerint. Preterito plusq̃ perfecto cum iuissem iuisses iuisset. Et pluraliter cũ iuissemus iuissetis iuissent. Futuro cũ iuero

ineris

ineris inerit. Et plr cũ inerim⁹ ineritis inerint. Infinitiuo mõ tpe pñti ⁊ ptõ ipfecto ire ptõ pfecto ⁊ plusq̃ʒ pfecto iuisse. Futuro itum ire vel iturum esse. Gerũdia vel participalia nomina sunt hec: eundi eundo eũdum. Supina sunt hec: itum itu. Quot participia trahunt ab hoc verbo neutro: duo: que: iens ⁊ iturus. Iens vnde formatur: a prima persona preteriti imperfecti indicati modi: qũo: ibam bam in ns fit iens. Iturus vnde formatur: ab vltimo supino: quomodo: itum itu addita rus fit iturus.

Uerbo impersonali tempore presenti itur. preterito imperfecto ibatur. preterito perfecto itum est vel fuit. Ptõ plusq̃ʒ perfecto itum erat vel fuerat. Futuro ibitur. Imperatiuo modo tempore presenti eatur. Futuro itor. Optatiuo modo tempore presenti: ⁊ preterito impfecto vtinam iretur. Ptõ perfecto ⁊ plusq̃ʒ perfecto vtinam itũ esset vel fuisset. Futuro vtinã eatur. Subiunctiuo mõ tempore presenti cum eatur. Preterito imperfecto cum iretur. Preterito perfecto cum itum sit vel fuerit. Ptõ perfecto cum itum esset vel fuisset. Futuro cum itum erit vel fuerit. Infinitiuo modo tempore presenti: ⁊ preterito impfecto iri. Preterito perfecto ⁊ plusq̃ʒ perfecto itum esse vel fuisse. Futuro itum iri.

Indicatiuo modo tempore presenti. Gaudeo gaudes gaudet. Et pluraliter gaudemus gaudetis gaudẽt. Ptõ imperfecto gaudebam gaudebas gaudebat. Et pluralr gaudebamus gaudebatis gaudebant. Preterito pfecto gauisus sum vel fui. gauisus es vel fuisti. gauisus est vel fuit. Et pluraliter gauisi simus vel fuimus. gauisi estis vel fuistis. gauisi sunt fuerunt vel fuere. Preterito plusq̃ʒ perfecto gauisus eram vel fueram. gauisus eras vel fueras. gauisus erat vel fuerat. Et pluraliter gauisi eramus vel fueramus. gauisi eratis vel fueratis. gauisi erant vel fuerãt. Futuro gaudebo gaudebis gaudebit. Et pluralr gaudebimus gaudebitis gaudebũt. Imperatiuo modo tẽpore presenti ⁊ preterito impfecto gaude gaudeat. Et

¶ Indicatiuo modo: gaudeo: hoc uerbũ & fio: carent impersonalib⁹ utriusq̃ uocis quia nõ datur horum uerborũ significandi modus hoc patiẽs: ut patet recte discutienti.

pluralr̃ gaudeamus gaudete gaudeãt. Futuro gaudeto tu. gaudeto ille. ⁊ plr̃ gaudeamus gaudetote gaudento. Optatiuo modo tp̄e p̄nti: vtinã gaudeam gaudeas gaudeat. Et plr̃ vtinã gaudeamus gaudete gaudeãt. ptõ imp̄fecto vtinã gauderem gauderes gauderet. Et plr̃ vtinã gauderemus gauderetis gauderẽt. P̄tõ p̄fecto ⁊ plusq̄ꝫ p̄fecto vtinã gauisus essem vel fuissem: gauisus esses vel fuisses. gauisus esset vel fuisset. ⁊ plr̃ vtinã gauisi essemus vel fuissemus. gauisi essetis vel fuissetis. gauisi essent vel fuissent. Futuro vtinã gaudeam gaudeas gaudeat. ⁊ plr̃ vtinã gaudeamꝰ gaudeatis gaudeãt. Subiũctiuo modo tp̄e p̄nti cũ gaudeã gaudeas gaudeat. ⁊ plr̃ cũ gaudeamꝰ gaudeatis gaudeant. ptõ impfecto cũ gauderẽ gauderes gauderet. ⁊ plr̃ cũ gauderemus gauderetis gauderẽt. ptõ p̄fecto cũ gauisus sim vel fuerim. gauisus sis vel fueris. gauisus sit vel fuerit. ⁊ plr̃ cũ gauisi simus vel fuerimus. gauisi sitis vel fueritis. gauisi sint vel fuerint. P̄tõ plusq̄ꝫ p̄fecto cũ gauisus essem vel fuissem: gauisus esses vel fuisses. gauisus esset vel fuisset. ⁊ plr̃ cum gauisi essemus vel fuissemus. gauisi essetis vel fuissetis. gauisi essent vel fuissent. Futuro cum gauisus ero vel fuero. gauisus eris vel fueris. gauisus erit vel fuerit. ⁊ plr̃ cũ gauisi erimus vel fuerimꝰ. gauisi eritis vel fueritis. gauisi erint vel fuerint. Infinitiuo modo tp̄e p̄nti: ⁊ ptõ imp̄fecto gaudere. ptõ p̄fecto ⁊ plusq̄ꝫ p̄fecto gauisum esse vel fuisse. Futuro gauisum iri. Gerũdia vl' participalia noĩa sunt hec. gaudẽdi gaudẽdo gaudẽdũ. Supina sunt hec. gauisum gauisu. Quot participia trahunt ab hoc verbo neutro passiuo: tria: que? gaudẽs gauisus ⁊ gauisurus. Gaudens vñ formatur? a prima p̄sona p̄teriti imp̄fecti indicatiui modi: q̃uo: gaudebã bam. in. ns. fit gaudens. Gauisus vñ formatur? ab vltimo supino: quomodo: gauisum gauisu. addita. s. fit gauisus. Gauisurus vnde formatur? ab eodẽ vltimo supino: quomodo: gauisum gauisu. addita rus. fit gauisurus.

Indicatiuo mō tpe pn̄ti: Fio fis fit. ꝛ plr̄ fim⁹ fitis fiunt. Ptō impfecto fiebā fiebas fiebat. Et plr̄ fiebam⁹ fiebatis fiebāt. Ptō pfecto fact⁹ sum vel fui. fact⁹. es. vel fuisti. factus est: vel fuit. Et plr̄ facti sum⁹ vel fuim⁹. facti estis vel fuistis. facti sunt. fuerūt vel fuere. Ptō plusq̄ȝ pfecto factus erā vel fuerā: factus eras vel fueras. factus erat vel fuerat. Et plr̄ facti eramus vel fueramus. facti eratis vel fueratis. facti erāt vel fuerāt. Futuro fiam fies fiet. Et plr̄ fiemus fietis fient. ¶ Impatiuo mō tpe pn̄ti ꝛ ptō impfecto: fi fiat. Et pluraliter fiamus fite fiant. Futuro fito tu. fito ille. Et pluralr̄ fiamus fitote fiunto. ¶ Optatiuo modo tempore presenti ꝛ preterito imperfecto: vtinam fierem fieres fieret. Et pluraliter vtinaȝ fieremus fieretis fierent. Preterito plusq̄ȝ perfecto vtinam factus essem vel fuissem fact⁹ esses vel fuisses. fact⁹ esset vel fuisset. Et pluraliter vtinam facti essemus vel fuissemus essetis vel fuissetis. essent vel fuissent. Futuro vtinam fiam fias fiat. Et plr̄ vtinā fiamus fiatis fiāt. ¶ Subiūctiuo modo tpe pn̄ti cū fiam fias fiat. Et plr̄ cū fiam⁹ fiatis fiāt. Ptō impfecto cū fierē fieres fieret. Et plr̄ cū fierem⁹ fieretis fierēt. Ptō pfecto cū fact⁹ sim vel fuerim sis vel fueris sit vel fuerit. Et plr̄ cū facti sim⁹ vel fuerim⁹ sitis vel fueritis sint vl' fuerint. Ptō plusq̄ȝ pfecto cū fact⁹ essem vel fuissem: fact⁹ esses vel fuisses. fact⁹ esset vel fuisset. Et plr̄ cū facti essem⁹ vel fuissem⁹. essetis vel fuissetis. essent vel fuissent. Futuro cū fact⁹ ero vel fuero. factus eris vel fueris. fact⁹ erit vel fuerit. Et plr̄ cū facti erimus vel fuerimus facti eritis vel fueritis. facti erint vel fuerint. Infinitiuo modo tpe pn̄ti fieri. Ptō pfecto ꝛ plusq̄ȝ pfecto factum esse vel fuisse. Futuro factum iri. Gerundijs caret. Supina sunt hec: factū factu. Quot participia trahunt ab hoc verbo neutro passiuo duo: que? fact⁹ ꝛ faciēdus. Factus vn̄ formatur: ab vltimo supino: quō: scd̄m factu. addita. s. fit fact⁹. Faciendus vnde formatur: a genitiuo sui pn̄tis participij: quomodo: faciens facientis tis in dus fit faciendus.

Indicatiuo modo tempore presenti. Et preterito imperfecto ꝛ preterito perfecto: Memini meministi meminit. Et pluraliter meminimus meministis meminerunt vel meminere. Preterito plusq̄ꝫ perfecto memineram memineras meminerat. Et pluraliter memineramus memineratis meminerant. Futuro caret. Imperatiuo modo tempore presenti: ꝛ futuro: memēto: ꝛ plr memētote. Optatiuo modo tempore presenti ꝛ preterito imperfecto ꝛ perfecto: Et plusq̄ꝫ perfecto: vtinam meminissem meminisses meminisset. Et pluraliter vtinā meminissemus meminissetis meminissent. Futuro caret. Subiunctiuo modo tempore presenti: ꝛ preterito imperfecto cum meminerim memineris meminerit. Et pluraliter cum meminerimus memineritis meminerint. Preterito pfecto ꝛ plusq̄ꝫ perfecto cū meminissem meminisses meminisset. Et pluraliter cum meminissemus meminissetis meminissent. Futuro cū meminero memineris meminerit. Et pluraliter cū meminerimꝰ memineritis meminerint. Infinitiuo modo tempore p̄senti: ꝛ preterito imperfecto perfecto. Et plusq̄ꝫ perfecto meminisse. Futuro caret.

Indicatiuo modo tempore presenti: opportet. preterito imperfecto: oportebat. preterito perfecto. oportuit. Ptō plusq̄ꝫ perfecto. oportuerat. Futuro. oportebit. ¶ Imperatiuo modo tempore presenti. oporteat. ¶ Optatiuo modo tempore presenti: ꝛ preterito imperfecto: vtinam oporteret. Preterito perfecto: ꝛ plusq̄ꝫ perfecto: vtinaꝫ oportuisset. Futuro vtinam oporteat. ¶ Subiunctiuo modo tempore presenti cuꝫ oporteat. preterito impfecto cum oporteret. preterito perfecto cum oportuerit. Ptō plusq̄ꝫ perfecto cuꝫ oportuisset. Futuro cum oportuerit. ¶ Infinitiuo modo tp̄e p̄nti: ꝛ ptō imperfecto oportere. Ptō perfecto: ꝛ plusq̄ꝫ perfecto oportuisse ceteris caret.

¶ Dionisij: Apolloni: Donati: octo partium orationis: Liber tertius de participio.

Legens: que pars est: participiuz est. Quare est participium: quia partez capit nominis: partemq3 verbi. Recipit enim: genera et casus: a verbo tempora: et significationes: ab vtroq3 numerum et figuram. ¶ Participio quot accidūt: sex que? genus: casus: tēpus: significatio: numerus: et figura.

¶ Legēs: qualis generis est: legēs est generis cōmunis: quare: quia sic est illud cui adherret.

¶ Legens: qualis casus est: legens est casus nominatiui: quare: quia in tali casu declinando reperitur.

¶ Legens: qualis temporis: legēs est temporis presentis: et preteriti impfecti: quare? quia: omne participiū desinēs: in ans: vel in ens: presentis: et preteriti impfecti temporis est. ¶ Lectus sum: vel fui: vel lectus eram: vel fueram.

¶ Qualis temporis est: preteriti perfecti: et plusq3 perfecti: quare quia omne participiuz desinens: in tus. in sus. vel in xus. et vnum in uus. quod est mortu9. preteriti pfecti et plusq3 perfecti tēporis est.

¶ Lecturus: et legendus: qualis tēporis est: futuri: quare: quia omne participium desinens: in rus: et in dus: futuri temporis est.

¶ Legens: que pars orationis est: participiū est: quāuis horisticus diceret participium esse inuentū ut eo ipso oratio redderet. breuior: & clarior. uitatis aliis partib9 orationis: & hoc participium significat actionem: & passionem: nomine ipso uariabili p casus: in substantia cuius: per tale nomen significata: itelligit actio & ideo solet dici q Participium significat per modum fluxus & fieri unite substātie: & uerbum per modū indistantis a substātia: & est una pars orationis ex duabus constituta in uno significato & modo significandi qa resoluitur in substātiam nominis ut legēs: q legit in uerbo uero substantia que intelligitur est substātia nominis: que in eo significatur est substātia pro nominis: & quando dicitur q significat per modum fluxus: dico uerum est indeterminate: quia in differenter se hēt ad omnem differentiam temporis: ut cum dico. legens est: fuit: & erit: nec

Participium quid & quomodo aliqd significat.

¶ Differētia inter participiū: & aliud: nomen adiectiuum.

Quomodo ex ratiōe: nominis: & uerbi constituit participium.

Quot sunt accidentia participii.

hunc fluxum īportat: ut indistantem a substantia ut dixi: nec dicit de supposito: sed se hēt ex parte ipsius: significat ergo ut dixi: per modū substātie unite: & in formantis: nō ut adiectiuum solū: quia ultra hoc ēt īportat fluxū & fieri: q̄ nō facit nomē adiectiuū: aut uerbū. ¶ Quare: est participiū: qa partē capit nominis: partemq̄ uerbi: idest: qa in eo reperiunt: proprietates: nois & uerbi: quod fieri potest: quia q̄uis ex duab⁹ speciebus nō possit fieri una: tamen duarum specierū in uno possunt reperiri proprietates diuerse earum: ut in Mulo: reperiuntur proprietates Asini: & Equi. ¶ Participio quot accidūt: sex: nec plura q̄ sex: quia q̄uis participium deriuetur a uerbo: ex quo: & nascitur: ut duo actus in substantia: habeant cōuenientias cū medio sine quo non habent: ut non dicimus. lego studeo: sed ego legēs studeo cum participium habeat aliquod uerbum eiusdem significationis: tamen non sequitur uerbo accidunt octo: ergo: & participio: quia non omne quod accidit pri-

¶ Legens & lecturus: qualis significationis est: actiue: quare? qa ab actiuo verbo venit: quod est illud lego legis: inde venit: hic: & hec: & hoc legēs & lectur⁹: lectura lecturū. ¶ Lectus & legēdus: qualis significationis est: passiue: quare? quia a passiuo verbo venit: quod est illud legor legeris: inde venit: lectus lecta lectū: & legendus legēda legendū. ¶ Eo is it. qualis significationis est: neutralis quare? quia a neutro verbo venit: quod est illud: eo. is. īde venit: hic: & hec & hoc iens. ¶ Gaudeo: qualis significationis est: neutralis passiue quare? quia a neutro passiuo verbo venit: quod est illud: gaudeo gaudes: īde venit: hic & hec & hoc gaudens. ¶ Largior: qualis significationis est: cōmunis: quare? qa a cōi verbo venit: quod est illud largior largiris: inde venit: hic & hec & hoc largiens. ¶ Sequens: qualis significationis est: deponētis: quare? quia a deponēti verbo venit: quod est illud: sequor sequeris: inde venit: sequens. ¶ Legens: qualis numeri est: singularis: q̄re? quia singulariter profertur.

¶ Legētes: qualis numeri est: pluralis: quare? quia pluraliter profertur. ¶ Legens: qualis figure est: simplicis: quare? quia simpliciter profertur.

¶ Perlegens: qualis figure est: decomposite: quare? quia nõ per se componitur: sed a composito verbo deriuatur: quod est illud: perlego: perlegis: inde venit: perlegens.

mitiuo: etiam accidat & deriuatiuo: nisi quando sunt eiusdem speciei: & eiusdem partis orationis quod hic non est: quoniam participium ex eo: quia dicit fluxum unitũ substantie: differt specifice ab omnibus partibus orationis: ut scilicet dicens illum fluxum ex parte alterius extremi: nec tamen hoc significat substantiam quia nec rem: que substantia est: nec substantiam que est significandi modus significat per modum habitus: & quietis: sed tantũ actionem: & passionem: per respectum ad substantiam agentem: uel patientem: & hic est intellectus eorum que supra dicta sunt.

Quomodo participium differt a nomine & uerbo.

¶ Legens: qualis generis est: communis quia hic actus non nisi rationali sexui conuenire potest: in proprie neutro: ideo potest uariari tribus articulis: & hoc bene declaratur a diffinitione ipsius generis in participio quod est quedam proprietas: significans actum participii: ut unitum substantie: per modum agentis patientis: uel in differentis ad utrunqꝫ & sic lectus est generis masculini: lecta feminini: lectum neutri: commune: & cętera: nõ sunt uere genera: & sic ex consequenti accidunt participio: quod enim: q̃uis a uerbo descendat non tamen habet genus uerbi: uel significationem: qua uerbum in terminatione: aliarum partium: non differt a uerbo. ¶ Lectus qualis casus: nominatiui: casus in participio est quedam proprietas: qua demonstratur actus: in ratione participii: uel termini: alicuius dependentie: unite: ad alium: ex parte subiecti: agentis: uel patientis.

¶ Participia tribus articulis uariata: q̃lis gñis sunt. Quid est genus in participio. Que sunt uere gña participiorũ: aut nominum. Casus in participio.

¶ Legens: qualis temporis est: presentis: & preteriti imperfecti: tempus in participio est quedam proprietas qua significatur actus unitus substantie: ex parte alicuius differentie temporis: & hoc quia significat rem suam per modũ fieri: ut hac dictione legens significatur lectio nec in facto esse: sed per modum uniti cum substantie agentis: lectus uero in facto esse: per modum patientis.

Tempus in participio.

¶ Numerus sic: conuenit participio sicut & cęteris partibus orationis: quia illi actus: per ipsum significati: possunt esse plures q̃ unus & ideo dicitur: ꝙ numerus est forma discretionis: uel quasi distincte forme in numero: quę quia dicit perfectionem: est genus ad numerum: quia res ex hoc est perfecta: quia in numero esse dicitur.

Numerus in participio.

Significatio in participio ¶ Legens: qualis significationis: actiue: significatio in eo: est proprietas qua: a uerbo: a quo: sortitur suam formam: sortitur: & rei significationem: uel actum: quia participium descendit a uerbo: quo ad formationem: & significationem: actus: nõ quo admodũ significandi: qa ab actiuo uerbo uenit: modo quo dictũ est: scilicet a preterito imperfecto: mutando. bam. in. n. & s. ¶ In tus. in sus ab

¶ Formatio participiorũ ultimo supino: & in rus. in dus. uero passiuum: format: a genitiuo presentis participii actiue uocis: & aliorum uerborum mutata tis. in dus. ut patet: & sic legens est significationis actiue: quia signifi-

¶ Qualiter participia sunt alicuius significatiõis. cat illum fluxum: cum actione: ut unitum substãtie: lectus passiue: quia passionem: seruiens: uapulans: gaudens: actionem: uel passionem: uel per abnegationẽ utriusq;: uel per indifferentiã ad utrũq;: largiens: actionem: & passionem: simul: ideo est cõmunis significationis: deponentia cum actione in re: ex significandi modo: in uoce passiua uidentur: a qbus & descendunt: & sic participia actiue uocis: significant per modum actionis ut sunt iuncta per intransitionem cum substantia agente: passiua: significant passionem: ut sunt iuncta cũ substantia patiente per intransitionem: sed ut meli[9]

Constructio ẽ duplex trãsitiua: & ĩtrãsitiua. intelligas: quid est dictũ per intransitionem: scito ꝙ constructio est duplex: intransitiua: & transitiua: intransitiua est: in qua secundum constructibile: per suos significandi modos pendet ad primum: ut cum dico Socrates legit: hoc uerbum legit: quod est posterius constructibile in hoc constructione ad suppositũ: dependet: quod suppositum est primum constructibile: sicut cum dico legit bene: quando uero constructibile primum pendet ad secundum: secundo non dependente ad primum: sed ad aliud quod est diuersum a primo: sic est constructio transitiua: & sic constructio

Quid est cõstructio transitiua: qd intransitiua. transitiua est illa: in qua primum constructibile per suos modos significandi dependet ad secundum: secundo pro eius dependentia: a primo recedente si dependens fuerit: dico dependens quia cum dico: uideo legentem librum: secundum ꝯstructibile: scilicet

Quid est primũ constructibile: quid secundum. librum: non habet dependentiã: sed solum determinat dependẽtiam primi constructibilis: scilicet quod dico legentem: & ideo quia determinat dependentiam uerbi ante se: quod est primum constructibile in hac cõstructione: etiam dependet ad obliquum

Constructio reciproca. post se: quod est diuersum a primo: constructibili. unde etiam cõstructio: reciproca est que sub transitiua est: ut cum dico. diligo me ipsum: quia constructibile primum dependet ad secundũ: &

Constructio retransitiua. secundum non dependet ad primum: sed ad aliud: sed re: transitiua cõstructio est: que cõponitur ex duabus transitiuis ut rogo te. dilige me:

dilige me:dicitur ergo constructio transitiua:quando dependentia posterioris constructibilis : transit ad alium diuersum a primo intransitiua quando ad primum & non ad alium : ut lego librũ. ¶ Perlegens qualis figure est:decomposite:figure eadem est declaratio:sicut & in nomine:duas tantum ponunt grammatici in hac orationis parte simplicem & decompositam:& hoc quia etiã implicite ei composita competit:& q̃uis ex duabus figuris non fiat tertia:ut ex duobus existentibus in actu sub ea ratione : qua sunt duo entia perfecta in actu:sed sub ratiõe qua unũ & ut prius subit rationem materie secundum uero forme dicitur ex simplici & cõposita:fieri figura decomposita. ¶ Persona non est accidens participii : quia ipsum participiũ est indifferens ad quamcunq; personã ut ego legens:tu legens:ille legens:quod & fieri oporteret: si diceret illum fluxum substantie unitũ sub indifferentia substantie agẽtis. Nec participio conuenit modus:sicut conuenit uerbo: qa modus in uerbo presupponit modum significandi:ut per modũ enũciabilem de alio:quo modo participium sic non significat rem nisi ratione appositi quod ad ipsum regitur:ut uideo legẽtem librũ uel implicite : ut uideo legentem idest qui legit:quod se habet ex parte appositi. His similia dicuntur esse gerundia : de quibus quis satis dictum sit supra:tamen & nunc addam quedam pauca dicuntur hec nomina:quoniam quibusdam casibus uariantur & defectiua : quia non omnibus ut nomen carent enim casu nominatiuo quia gerundium dicit actionem & passionem per modum substãtie in comparatione ad aliud quod caret rectitudine:non autẽ obliquis ad quos hec comparatio fieri potest:ut etiam quia id quod significat:dicit sub ratione termini quem dicunt obliqui: nõ autẽ sub ratione principii:quod rectus significat:& ideo quidam dixerunt ꝙ habet tantum tres casus:ratio huius est:quia quicquid gerundio significatur:id notificatur:triplici termino cuius a quo & ad quem:genitiuo intelligitur causa finalis:ut ueni sulmonẽ gratia uel causa legendi : quia primus casus scilicet genitiuus significat in loco cum predictis ablatiuis : prepositis gratia uel causa secundum scilicet gerundium de loco cum de uel.e.uel.a.uel ex: qa eo significatur terminus:ut quo aliquid fit uel ut a quo aliquid remouetur:ut legendo studeo : uel a studendo uenio: accusatiuus significat ad locum cum ad uel in:& hoc sub ratione termini specificantis actionem agentis : ut a me legendum est:aut sub termino notante finalem actum : ad quem agentis uolunntas tendit ut cũ dicitur lucretius ubi est : respondetur est ad legendum:uel quãdo

¶ Cõstructio intransitiua.

¶ Quare persona non accidit participio.

¶ Quare modus non accidit ꝑticipio.

¶ Quare gerundium caret casu noĩatiuo.

¶Nota ɔtrã eos q dicunt ꝙ gerũdia ñ habẽt tres ca ſus tantũ.

ſignificat terminum localem . ut uado ad ſtudendum. hic ſermo eſt non latinus.illis tantum qui latine lingue rationem neſciunt. quam certi auctores.& ſi non edocuerint.non tamen ignorarunt ex hoc ergo liquido patet.Gerundia dici nomina non uerba.q̃uis aliqui dixerint ea eſſe uerba.quia ſcilicet dicunt fluxum & fieri . p modum diſtantis a ſubſtantia.& uolunt caſus a parte anteriori. & poſteriori ſicut & uerba . ut papyrius pergit ad audiendum lectiones a policarpo.quare dicunt ꝙ non ſequitur ꝙ gerundia ſint nomina.ex eo quia habent caſus.quia nec uerbo repugnat caſus ut cum dico cupio ſtudere.ſtudere eſt conſtructio tranſitiua.& ſic qa caſus non eſt adequata proprietas non oportet ꝙ ex hoc gerundium dicatur nomen.¶Nos autem nomen dicamus.non autem ut illi quos predicta fefellit opinio quia q̃uis infinitiuus . & uerbum habeant caſus a parte ante & poſt.ut & omnia nomina adiectiua uel genitiuum . ut ſum preditus uirtute uel uirtutis . tamen ſunt nomina dicamus ergo nomina ex hoc quia diuerſis caſibus uariãtur q̃uis habeant ultra caſus aliquos ex conſtructione quam requirunt . non tamen ſequitur ꝙ non ſint nomina quia habent caſus quibus uariantur.conſimiles participiis.& ideo non ſunt participia.nec uere nomina . ſed nomina participialia.q̃ſi ſimilia ꝓutriſq;. ſcilicet nomini & participiis. nomini ratiõe caſus.qui uere nomini conuenit non autem uerbo niſi per quandam cadentiam. ceteris omnibus ut ſic declinabilibus ex eo participialia dicũtur. quia habẽt terminationem uocis participii paſſiui per caſus uariabilis & ideo reductiue ponitur in ea orationis parte que nomen eſt. qñ ergo queritur gerundiũ que pars orationis eſt dicatur nomen participiale reductiue . quoniam poteſt habere utrãq; ſignificationẽ quod nec eſt uere ſubſtantiuum.nec uere adiectiuum . quia ſi eſſet ſubſtantiuum . tunc eſſet ſuppoſitum adiectiui . ſi uero adiectiuũ. tunc eſſet appoſitum ſubſtantiui . nec eſt participium . quia participia ſignificant cum differentia temporis & ſine rei adminiſtratione gerundia uero rei adminiſtrationem:nec uerba.quia hec uere caſus habent quibus uariantur . uerbum autem non . ¶Supina uero teſte quintiliano ſunt uerba. & hoc recte quia cum ſolum habeant duas terminationes in um.& in.u.primum ſupinum . ſemp iungitur uerbis ſignificantibus motum ad locum.ſine prepoſitione . qualia ſunt.eo uado pergo.& proficiſcor.ut uado lectum . ſecundum uero ſupinum.ſemper capitur paſſiue . & iungitur nominibus adiectiuis. ut hoc eſt mirabile uiſu . ideſt ut uideatur.& quãdo per hoc ſupinum uolumus ſignificare motum de loco . tunc

¶Redarguũtur q dicunt. ꝙ gerundia ſũt uerba.

¶Ratio pulchra ſupinis cõueniens.

ipsum resoluimus in nomen substantiuū cum prepositione.a.uel ab.& uerbū significans motum de loco ut uenio redeo reuertor. regredior ut uenio a cantatione & a lectione.nō uenio cātatu.aut lectu.ut inqt priscianus.quare supinum nō est nomē sed uerbum participiale ratiōibus supradictis q̄uis & priscianus defendi posset sequamur tamen uallam maledicentē oībus ut cariorem iunioribus qui quantum etiam alios corrigendo errauerit iudicatur ex dictis ipsius. quisq; ergo seipsum cognoscat prius q̄ aliū iudicet.

Priscianus

Valla maledicus.

De participiorū uaria formatione.

Nominatiuo hic ⁊ hec ⁊ hoc legens. Genitiuo huius legentis. Datiuo huic legenti. Accusatiuo hunc ⁊ hanc legentē ⁊ hoc legēs. Vocatiuo o legens. Ablatiuo ab hoc ⁊ ab hac legente vel legenti. Et pluraliter ntō hij ⁊ hee legentes ⁊ hec legentia. Gtō horum ⁊ harum ⁊ horum legentium. Dtō his legentibus. Accusatiuo hos ⁊ has legentes ⁊ hec legentia. Vocatiuo o legentes ⁊ o legētia. Ablatiuo ab his legentibus.

Nominatiuo lecturus lectura lecturum. Genitiuo lecturi lecture lecturi. Datiuo lecturo lecture lecturo. Accusatiuo lecturum lecturam lecturum. Vocatiuo o lecture o lectura o lecturum. Ablatiuo a lecturo a lectura a lecturo. Et pluraliter nominatiuo lecturi lecture lectura. Genitiuo lecturorum lecturarum lecturorum. Datiuo lecturis. Accusatiuo lecturos lecturas lectura. Vocatiuo o lecturi o lecture o lectura. Ablatiuo a lecturis.

Nomīatiuo hic & hec & hoc legens. est actiuū temporis presentis & preteriti imperfecti quomō formatur dictū est. lecturus significationis actiue temporis futuri. format ab ultimo supino addita rus.ut lectum lectu. addita rus fit lecturus. Ntō lectus. similiter format tamen est significationis passiue.temporis preteriti perfecti & plusq̄ pfecti. Ntō legendus tēporis futuri. uocis passiue formatur a gtō ut dixi participii presentis.mutata tis indus & quamuis sint alicuius temporis & his similia tamen non possūt esse alicuius modi sicut uerbum a quo deriuantur. quia uerbum significat solum rem per modum communicabilis: ut scilicet significans animi affectum.uel inclinationē in re sub dīa tpis. & p modū enunciabilis

de aliquo: participiũ uero: per modum unite substantie: & hoc ei solũ repugnat ex eo: quia non est: enunciabilis de alio: non ratione uocis: uel significati sui: quod ex ipso uerbo ostenditur: a quo deriuatur: hec de participiis hactenus: sufficiant: que declaraturus uolui declarasse & gerundiorũ naturam superius diffusius tactam: & cognitam quare de his non plura dicam.

¶ Legens quote declinationis est satis clare patet ex textu.

¶ Lectus lesta lectũ quote sit declinationis dictũ est: quia eorũ genitiuus singularis desinit in.i. & in.e. & in.i. ut lecti lecte lecti: alia ratio rei i re horum assignari nequit.

¶ Nominatiuo lectus lecta lectũ. Gtõ lecti lecte lecti. Dtõ lecto lecte lecto. Accusatiuo lectum lectã lectum. Uocatiuo o lete o lecta o lectum. Ablatiuo a lecto a lecta a lecto. Et pluraliter ntõ lecti lecte lecta. Genitiuo lectorum lectarũ lectorum. Datiuo lectis. Accusatiuo lectos lectas lecta. Uocatiuo o lecti o lecte o lecta. Ablatiuo a lectis.

¶ Nominatiuo legendus legẽda legendum. Genitiuo legẽdi legẽde legendi. Datiuo legendo legẽde legendo. Accusatiuo legenduz legendam legẽdum. Uocatiuo o legende o legenda o legendum. Ablatiuo a legendo a legenda a legendo. Et pluraliter ntõ legendi legende legenda. Genitiuo legendorum legendarũ legendorꝫ. Datiuo legendis. Accusatiuo legendos legendas legenda. Uocatiuo o legendi o legende o legenda. Ablatiuo a legendis.

¶ Legens quote declinatiõis est: legens est declinatiõis tertie: quare: quia eius genitiuus singularis vt legens legentis ⁊ sic de ceteris in ans vel in ens.

¶ Lectus lecta lectum quote declinationis est: prime ⁊ secunde quare: quia ex parte feminini est declinationis prime: ⁊ ex parte masculini ⁊ neutri secunde.

## ¶ Dionisij: Apolloni: Donati: octo partium orationis: Liber quartus de pronomine.

¶ Ego que pars est: pronomẽ est: quare est pronomen: quia ponit loco proprii nominis: ⁊ certam significat personam. Pronomini quot accidunt: sex: que: species: genus: numerus: figura: ⁊ casus: ego qualis speciei: primitiue: quare: qa a nullo deriuatur. Meus qualis speciei est: deriuatiue: quare: quia deriuatur a genitiuo mei. Ego q̃lis generis omnis: quare quia sic est illud cui adheret. Ego qualis numeri: singularis: quare: quia singulariter profertur. Nos qualis numeri pluralis: quare quia pluraliter profertur. Ego qualis figure est: simplicis: quare quia simpliciter profertur. Egomet qualis figure est: composite: quomodo cõponitur ex ego ⁊ met componit egomet. Ego quote persone est: prime: quare: quia omnia nomĩa ⁊ pronomina sunt tertiarum personarum exceptis ego: quod est persone prime: tu secunde: ⁊ vocatiuis casibus: qui semper sunt persone secunde. vt o Antoni est persone secunde: quia est casus vocatiui.

Ego qualis casus est: nominatiui quare quia in tali casu declinando reperitur.

¶ Ego què pars est: pronomen est: quedam pars orationis: que recte participium sequitur: q̃uis loco ꝓprii nominis ponatur quia participium ratione sue proprie deriuationis: est immediatius nomini: & uerbo: q̃ ꝓnomen ratione sui modi significandi: & ideo loco eius in oratione ponitur ¶ Ego q̃ pars est: in qua oratiõis parte: scilicet declinabilis ponitur: ego: ꝓnomen est in pte orationis que pronomẽ est pronomen est pars oróṇis. que significat p modum habitus: & quietis solum: quia non significat per modum determinate aprehensionis sicut nomen: quia scilicet non dicit rem: aut naturã determinatam sicut nomẽ & ideo dicit poni loco proprii nominis: & hoc significat certã personã non simpliciter: sed ex relatione quoniam pronomina circum scripta relatione: & determinatione nihil sunt: quia solis illis nihil d'terminate aprehẽditur: ut cum dico ille ne

¶ Quare ꝓnomen sequitur participium.

¶ Quare pronomen dicit poni loco ꝓprii nominis

scio nisi dixerim socrates : uel illum ostenderim: me amat: sub au
di socrates : aut ille homo qui currit est mihi amicus: significat rē
ex aplicatione ad nomen : quod demonstrat uel referat : & dicun
tur indeterminate aprehensionis: non ratione constructionis sicut
nomina adiectiua: sed ratione significationis : quia adiectiua nisi
ad herent substantiuis: nihil significarent : sic pronomina nisi ad
herent nominibus demonstratiue aut relatiue nihil significarent:
& ideo pronomen significat conceptum mentis determinabilem
per omnes alios conceptus: quicunqꝫ sit ille: uel priuatiuus: uel po
sitiuus: uel substantie: uel accidentis: uel entis: uel non entis: ut hec
tenebra: hec lux: hic homo: hoc: album . Vanū ergo est ea sine hac
determinatione dici pronomina non ita uanum: ut non includāt
finem quem nata fuit includere: sed uanum quia dicit aliquid in
determinate : determinate tamē ex alio: ut dictum est alias essent
pronomina: si que uero sint nomina : que per aliquod positiuum
determinantur: nō sequitur ea esse pronomina : quia illa determi
nantur a positiuo solum: non a quocunqꝫ ut pronomen: & hāc ob
rem dicitur significare meram substantiam & non qualificatam si
cut nomen non ita ꝙ simpliciter nominent naturam: sed personā
quam determinant & ideo ponuntur loco nominis: nec sequitur
ex hoc ꝙ pronomen sit prius nomine & simplicius : quia nomen
non componitur ex pronomine ratione eius : quod plus signifi
cat scilicet substantiam cum qualitate q̄uis & pronomē significet
hanc substantiam quia significat rem per modum habitus : & per
manentie substātiam modo: quo dixi in capite de nomine: & qua
litatem scilicet rem: nullam qualitatem circa ipsam designando :
nisi solum ex parte uocis: & hanc obrē: nullo pacto : quo ad intel
lectum alicuius cōstructionis potest esse casus nominatiui: nisi de
monstrando: uel referendo ipsum: ut nisi dixero : hic homo . hoc
ꝓnomē . hic hoc in loco nihil significat: & sic nisi dixerim: Socra
tes qui legit est doctus qui hoc ꝓnomen ex se uel etiam sit nomē
ut dictum est supra: non potest esse casus nominatiui respectu uer
bi: & hoc dicitur significare certam personam: idest substantiam: fi
nite ex relatione: uel demonstratione sine qua est quid infinitum:
idest indeterminatum: & hoc ipso distinguitur ab aliis partibus
orationis: & sic dici solet: q̄uis res in re: nō sit sine qualitate ut sub
stātia sine accidente: tñ pronomē ut dictū est: ex suo modo signifi
cādi significat substātiā sine q̄litate. idest sine illo significādi mō
q ei ꝯuenit: puta sine determinata aprehensione : q̄uis hic ꝯceptus
puta hoc significare sine determinata aprehensione ēt possit dici

Pulchra obiectio circa nomē & pronomen.

Pulchra declaratio . q̄re nomē ꝑponi tur ꝓnomini

¶ Q̄uō ꝓnomē dr̄ significare certā ꝑsonā.

¶ Q̄uō ꝓnomen significat substātiā sinē qualitate

qualitas:nõ tñ hoc modo eã hic capimus:& sic patet : quomodo pronomẽ significat substantiã idest rẽ:in re:ex relatiõe: uel demõ stratione sine qualitate isteſt determinate ut est declaratũ:& hic ẽ significãdi modus ꝑnominis:qđ nota bene. ¶ Est ergo q̃rta pars orationis octo partiũ:nõ quo ad perfectionẽ orationis:qm̃ oratio põt fieri sine expressa ꝑnominis additiõe:ut cũ dico lego librũ: q̃. uis sub ĩtelligat̃ prima pſona:& sic de cęteris:sed opus est hãc ptẽ dari inter octo partes orationis ut ea ipsa oratio discreta fiat : in q̃ nõ necessarrio ponit̃ prima uel secũda pſona:qa sat est eaꝝ intel- lectus:tertia tñ pſona in ea oratiõe necessaria est:uel sit sub nomi- ne discreto:uel pronomine ipsum referente:qa hec est indicatiua cõfuse cognitionis. ¶ Pronomini quot accidũt:sex.accidũt ei sex. nõ plura:dico ex consignificatiõe:nõ in herenter qa relatio: & de mõstratio ei accidit ab actu aĩe formatus & sunt quasi ad quoddã eius cõplementũ accidentaliter ei adherentia hec duo:alias oẽ ꝑ- nomen esset relatiuũ:& demonstratiuũ. ¶ Ego qualis generis oĩs quia scilicet põt esse masculini & femini:& eius sexus cuius est id cui iungitur:non uere neutri : quia genus neutrũ non põt discer- nere rem ad quam fit sermo uel cognosci p rem loquentem:& nõ per demonstrationem uel hoc ex modo loquendi:& ideo non ꝓ- prie est generis oĩs:sed communis. ¶ Ego qualis numeri est an.s. hoc pronomen ego ut uox quedã indeterminata : sit alicuius rei determinate aprehensibilis per modũ unius:uel per modũ pluriũ singularis:quia ei atribuitur per modũ unius : numerus enim in ꝓ nomine est quedã discreta quantitas uoci indetetminate applica- ta applicabilis rei finite per modũ unius uel plurium:singularis er go dicitur ex unitate talis modi:quia sicut dicit̃ esse generis coĩs: uel omnis eo qa genus in pronomine est quedã proprietas atribu ta ꝑnomini,ut significet rem indeterminatã:applicabilẽ rei deter minate:masculine uel feminine:sic dicẽdũ est suo modo & de nu- mero & q̃uis ponatur:pro nomine proprio:quod caret singularis tamen ex eo dicitur esse alicuius numeri:quia illud tale pronomẽ potest sumi uel pro uno solo:uel pro pluribus:res discretas signifi cantibus.ut cum dico.ego curro.uel nos curimus. ¶ Aduerte hec dictio ego.hic non capitur illo modo quo capitur:quando dicit̃ ego que pars est.quia quando dico:ego que pars est.ego stat ma- terialiter:pro ipsa uoce.que est tertie pſone.numeri singularis. & generis neutri.& indeclinabile.cum uero dico.ego lego.hec uox ego supponit ut ita loquar nũc more logico ꝓ re talẽ actũ exercẽ- te sic dices & de ceteris partibus oratiõis inquesito scilicet cuiusq̧.

¶ Nota bene

¶ Q̃uo ꝑno mini accidũt sex.& q̃uo ñ.

¶ Hec dictio ego quot modis capi possit.

Figure in pronomine

Ego qualis figure:simplicis:quare:figura est simplicium cōpositarum & decompositarum dictionum discrimen:idest differētia triplex ergo differentia figure competit : sicut & nomini ut is idē & idemptidem q̄uis unum pronomen sit compositum.& hoc per nominatiuum:& obliquum:tamen dantur : & alia per casus accusatiuos ut eccum:& ellum antiquitatem sapientia:simplicia sunt ego tu ille:& sunt eccum & ellum hanc obrem solum casus accusatiui : quia uerba quibus iunguntur requirunt a parte posteriori casum accusatiuum:ut uideo ellum idest illum.Ego:quotte persone est:prime : persona est quidam significandi modus : a tributus uoci ex re:de se:ad alium:uel de alio loquēte:& hec recte a tribuitur pro nomini:quod primam:& secundam:& tertiam personam significat : uirtute demonstrationis & rellationis : non autem in quantum est tertia persona quia hec suapte natura confussionem parit:& intellectum ideterminatum:ut patet cum dicitur ille ipse & iste.currit:quia nihil osten dit aperte:nisi ex demōstratione uel rellatione:antecedentis:que dicitur atribui pronomini:quia secū dum quamlibet sui diuisionem que consequitur orationem formatam ex uerbo:& ipso pronomine iuxta triplicem sermonem: qui fieri potest:hoc ei conuenit:nō autem nomini nisi ex additionem pronominum:& ideo dicitur ꝙ omnia nomina sunt tertiarum personarum quia ipsa multiplex est: & ideo inse cōfusionem parit:quia ea ipsa potest formari oratio : qua aliquid ostendimus prope:aliquando a longe.aliquando ad occulum . aliquando ad intellectum.& ideo est multiplex uariatio in persona tertia prima & secunda:semper ostendunt orationem factam de presenti:sic & uocatiui casus.qui certā & presentem rem indicāt:& ideo dicitur exceptis ego & nos persone prime tu & uos secunde : & uocatiuis casibus aliorum. Quibus non additur articulus ad discernendū genus:non enim dicimus hic ego.aut hic tu.eo.quia sunt indicatiua rei presentis & demōstratiue uirtute cuius genus discernitur.

Quare oīa nomina & ꝓnomina sunt tertiarum ꝑsonarum.

Ego quoti modi pronominis primi modi non declinationis: que requirit uariationem casuum in nomine que non sunt in differentia ad omnia alia nomina quibus possent determinari sicut ego & tu.quia sunt quedam principia & fixa in pluralitate sui & ideo ita sunt indeterminata ꝙ ab omnibus determinari debent ueluti diximus.& de hoc uerbo.sum es est.quod est a nomale cō iugationis .quia est determinabile cuicūq; uerbo . ut principium omnium uerborum ideo & hec pronomina dicuntur esse irregularis declinationis.& ideo nō dixit declinationis . sed modi ideo

non declinantur

¶ Ego quoti modi est: primi: quare: quia eius genitiuus singularis in i vel in is et datiuus in i naturaliter desinit. vt ego mei vel mis mihi tu tui vel tis tibi sui sibi quod non facit sis differentie causa sis verbi: et sub hoc modo continent tria pronomina: ego tu sui que sunt generis communis vel omnis: per omnes suos casus.

¶ Nominatiuo ego. Genitiuo mei vel mis. Datiuo mihi. Accusatiuo me. Ablatiuo a me. Et pluraliter nominatiuo nos. Genitiuo nostrum vel nostri. Datiuo nobis. Actō nos. Abltō a nobis.

¶ Nominatiuo tu. Genitiuo tui vel tis. Datiuo tibi. Accusatiuo te. Vocatiuo o tu. Ablatiuo a te. Et pluraliter nominatiuo vos. Genitiuo vestrum vel vestri. Datiuo vobis. Accusatiuo vos. Vocatiuo o vos. Abltō a vobis.

¶ Genitiuo sui. Datiuo sibi. Accusatiuo se. Ablatiuo a se. Et pluraliter Genitiuo sui. Datiuo sibi Accusatiuo se. Ablatiuo a se.

¶ Nominatiuo ille illa illud. Genitiuo illius. Datiuo illi. Accusatiuo illum illam illud. Ablatiuo ab illo ab illa ab illo. Et pluraliter

non declinātur regulariter p oēs casus nō dicim⁹ uocatiuo o ego qm̄ i ea psona que significat per hoc pronomen ego non potest esse diuersitas per demonstrationem actus in agendo: q̄uis sit diuersitas actus ad rem agentē nō autē ad se ipsū in agēdo qualis ostenditur esse in hoc pronomine tu. ut cum dico: o tu fac hoc. ¶ Nominatiuo ego. gtō mei uel mis: hic genitiu⁹ duplex grecus est: non latinus: & q̄uis ambo dicant possessionem: tamē mei proprie rei possessorem significat ut liber q est meus: dico liber me⁹ quia & rem propriā possideo: mis uero dicit possesionem rei uel proprie uel alterius dum tamen sub tuo uoto sit. ut liber est mei: uel mis: sic tui uel tis. ¶ Gtō sui hoc pronomen caret casu nominatiuo uocali: non tamē intentionali: q̄uis sit obliquus cadens a recto: hoc modo: quia est ꝑnomen reciprocum: quo significatur substantia agens p modum pacientis: & qa solus nominatiuus dicit modū agentis obliquus uero paciētis quantū ex se ē iō gtūus ponit loco

¶ Genitiuus duplex huius pronominis ego.

¶ Quare q̄dam pronomina dicunt̄ reciproca.

utriusq; sui: & suus sua suum quod ab eo deriuat̄ sunt pronomina reciproca: quoniā sicut reciprocatur spiritus cū recipit̄ ita hec pronomina reuertunt̄ eo unde prodierant unde nō bene dicit̄ ego dixi sibi: uel sibi non est cura rei publice quia hoc fieri non potest cum sit sermo de tertia persona: sed hoc solum quādo fit sermo de seipsa prima ad secundam: ut si dicerem ego policarpus passus sū plura: quare uos obsecro ferte sibi auxiliū nec bene dicimus tu secum fuisti quia hic nulla est reciprocatio: idest sermō ōis ad se ipsum reflexio: quare dicēdum est: ego dixi ei: & ei non est cura reipublice quia est sermo de tertia persona ad secundam nec bene dicimus uidi deiphobum & fratrem suū: sed eius: hoc tamen recte dicitur cū ab aliquo fit sermo de seipso sub nomine tertie persone per reflexionem ad priorem sensum: ut dictū est: nec bene: domine omnia a te expectant ut des illis cibum in tempore: quia ibi fit sermo de prima persona sub nomine tertie: ideo debet dici ut des si

¶ Quid ē reciprocatio.

nominatiuo illi ille illa. Genitiuo illorum illarum illorum. Datiuo illis. Accusatiuo illos illas illa. Ablatiuo ab illis.

¶ Nominatiuo iste ista istud. Genitiuo istius. Datiuo isti. Accusatiuo istum istam istum. Ablatiuo ab isto ab ista ab isto. Et pluraliter nominatiuo isti iste ista. Genitiuo istorum istarum istorū. Datiuo istis. Accusatiuo istos istas ista. Ablatiuo ab istis.

¶ Nominatiuo ipse ipsa ipsum. Genitiuo ipsius. Datiuo ipsi. Accusatiuo ipsum ipsam ipsum. Ablatiuo ab ipso ab ipsa ab ipso. Et pluraliter nominatiuo ipsi ipse ipsa. Genitiuo ipsorum ipsarum ipsorum. Datiuo ipsis. Accusatiuo ipsos ipsas ipsa. Ablatiuo ab ipsis.

¶ Nominatiuo hic hec hoc. Genitiuo huius. Datiuo huic. Accusatiuo hunc hanc hoc. Ablatiuo ab hoc ab hac ab hoc. Et pluraliter nominatiuo hij hee hec. Genitiuo horum harum horum. Datiuo his. Accusatiuo hos has hec. Ablatiuo ab his.

¶ Nominatiuo is ea id. Genitiuo eius. Datiuo ei. Accusatiuo

eum eam id. Ablatiuo ab eo ab
ea ab eo. Et pluraliter nomina-
tiuo.i.e.ea. Genitiuo eorum ea-
rum eorum. Datiuo eis. Accu-
satiuo eos eas ea. Ablatiuo ab
eis.

¶ Nominatiuo vnus vna vnũ.
Genitiuo vnius. Datiuo vni.
Accusatiuo vnum vnam vnum.
Uocatiuo o vne vna vnum.
Ablatiuo ab vno ab vna ab vno
Et Pluraliter nominatiuo vni
vne vna. Genitiuo vnorum
vnarum vnorum. Datiuo vnis
Accusatiuo vnos vnas vna. Uo
catiuo o vni vne vna. Ablatiuo
ab vnis.

¶ Ille quoti modi pronominis
est: secundi: quare: quia eius ge
nitiuus singularis in ius: & da-
tiuus in i naturaliter desinit: vt
ille illius illi: ipse ipsius ipsi: iste
istius isti: is eius ei: hic huius
huic: quod cum deberet facere
hei assumpsit sibi .c. causa dif-
ferentie hui interiectiõis: sub quo
modo declinantur sic hoc octo
pronomina: scilicet: vnus totus
solus vllus alius alter vter quis
vel qui quorum tria habent vo
catiuum casum: scilicet: vnus to
tus solus: que faciunt o vne o
tote o sole.

bi ei locum ĩ tempore &
sibi hoc in loco est nume
ri pluralis: sed quando fit
oratio de se ipsa psona ñ
sub ratiõe tertie possum⁹
dicere: mihi & ñ sibi me-
cũ: & nõ secũ: nec sui nec
suus tecũ de secũda cũ ad
illã directe fit sermo: ut ẽt
oẽs expectam⁹ ut det no
bis uirtutẽ & uobis: aliqñ
ponit hoc pronomẽ sui
& sibi indifferent qñ di-
recte ẽt fit sermo d' tertia
psona: ut cũ dicerem⁹ oẽs
exoptãt: qd' sibi utile ẽ &
qñq; p sui: siue p suus po
nit is aut ipse aut ille: ne
fiat amphibologia: uide-
at quis ciceronẽ in bruto
nũc uero nõ opus est ea
significatiõe: hui⁹ pnoĩs
q; scilicet suus capiatu p
prie: ut uelle suum: cuiq;
est qñq; põt poni uenu-
statis gratia: uel festiuita
tis ut populus sibenicẽsis
semel suo sibi iure abu-
sus est in nobiles & quã
male: sciuerunt insipiẽtes
illius urbis mee: quondã
patrie uterino casu: non
uirtute quam ille popel
lus semper abhorruit iu
none: uulgus: & uene-
re patricius in miner-
uam discordia quisque
calaguritanus precipue:
epyrota duce bonis om-
nibus in festo quorũ om

¶ Nota eccle siastice.

¶ De sui & sibi.

¶ Crimẽ po-pelli sibeni-censis in cla-ros nobiles

nium illo in loco nunq̃ poterit dari optimus extreme uite exitus: hoc natura uetante: moribus q̄bus abutuntur: & nati natorum. & qui nascentur ab illis hoc urbe illa uolente: ut dictum est.

¶ Ille quot modis capit̃

¶ Nominatiuo ille qn̄qȝ emphasim sapit terẽtius an hic ille est aliquando pressionem ut ille ego q quondam aliquando ponitur pro is teste apostolo non ille qui se ipsum commendat: quandoqȝ pro aduerbio loci ut illi mea tristia fata: idest illic aliquando pro ibi terentius dum sederet ille interuenit pro ibi.

¶ Iste quid significat.

¶ Nominatiuo iste ista istud: significat personã proximam audienti: hic loquenti ille ab utroqȝ remotam hoc idem: & aduerbia ab his. deducta ut hic istic & illic.

¶ Ipse quot modis capit̃

¶ Nominatiuo ipse ipsa ipsum: est pronomen demonstratiuum: cum aliis nominibus iunctum eorum accipit significationem ut ego ipse tu ipse ille ipse: quãdoqȝ eclypsi sine his sub auditur. Vrgilius: queqȝ ip̄e miserrima uidi: aliquando est relatiuum. Virgilius ipse ardu us altaqȝ pulsat: sidera:

¶ Nominatiuo meus mea meũ. Genitiuo mei mee mei. Datiuo meo mee meo. Accusatiuo meuȝ meam meũ. Uocatiuo o mi mea meum. Ablatiuo a meo a mea a meo. Et pluraliter nominatiuo mei mee mea. Genitiuo meorũ mearum meorum. Datiuo meis Accusatiuo meos meas mea. Uocatiuo o mei mee mea. Ablatiuo a meis.

¶ Nominatiuo tuus tua tuum. Genitiuo tui tue tui. Datiuo tuo tue tuo. Accusatiuo tuum tuam tuum. Uocatiuo o tue o tua o tuum. Ablatiuo a tuo a tua a tuo. Et pluraliter nominatiuo tui tue tua. Genitiuo tuorum tuarũ tuorum. Datiuo tuis. Accusatiuo tuos tuaȝ tua. Uocatiuo o tui o tue o tua. Ablatiuo a tuis.

¶ Nominatiuo suus sua suum. Genitiuo sui sue sui. Datiuo suo sue suo. Accusatiuo suum suam suum. Ablatiuo a suo a sua suo. Et pluraliter nominatiuo sui sue sua. Genitiuo suorum suaruȝ suorum. Datiuo suis. Accusatiuo suos suas sua. Ablatiuo a suis.

¶ Nominatiuo noster nostra nostrum. Genitiuo nostri nostre nostri. Datiuo nostro nostre nostro

Accusatiuo nostrum nostram nostrum. Ablatiuo a nostro a nostra a nostro. Et pluraliter nominatiuo nostri nostre nostra. Genitiuo nostrorum nostrarum nostrorum. Datiuo nostris. Accusatiuo nostros nostras nostra. Ablatiuo a nostris.

¶ Nominatiuo vester vestra vestrum. Genitiuo vestri vestre vestri. Datiuo vestro vestre vestro. Accusatiuo vestrum vestram vestrum. Ablatiuo a vestro a vestra a vestro. Et pluraliter nominatiuo vestri vestre vestra. Genitiuo vestrorum vestrarum vestrorum Datiuo vestris. Accusatiuo vestros vestras vestra. Ablatiuo a vestris.

¶ Meus mea meum. quoti modi pronominis est: tertij: quare quia tertius modus pronominis est qui per omnia sequitur declinationem mobilium nominum prime: et secunde declinationis.

¶ Nominatiuo hic et hec nostras et hoc nostrate. quoti modi pronominis est: quarti: quare: quia quartus modus pronominis est: qui per oia sequitur declinationem mobiliũ nominũ tertie dclinationis. vt nr̃as nr̃atis et vr̃as vr̃atis.

quandoq; habet emphasim idest expressionẽ rei latentis ut si dixerim ipse pater cui non crederetur quod quid fecisset ei addi posset hec pticula met ut ipemet idest ipse solus nõ cum alio capitur & p simili capitur a quo & ipsior dici solet comparatiuum & superlatiuum ipsissimus: idest similior: uel simillimus: ubi uero nunc in genitiuo habet ipsius: hoc habetur a ueteribus.

¶ Nominatiuo unus una unum de hoc. iã dictũ est Vnus est numeri principiũ. Ouidius. Vnus erat toto nature uultus in orbe: quandoq; capitur pro solo. Plautus: unus tũ domi eram: & in hac significatione quandoq; potest iungi datiuo: plinius. accipinser unus omnium: & pro primo. Virgilius. cadit & riphe[9] iustissim[9] un[9] quare nota unus ubi ponitur absolute est principiũ numeri ut unus homo: ubi uero alius uł tertius non potest iũgi un[9]: si dicatur non numeri est nomen: sed uniuersitatis ut cum dixeris unus sol: ita ut alius uel tertius: addi nõ possit: idest ita un[9] q alius non. & quia in

¶ Ouidius.

¶ Vnusquot significationes hẽt.

¶ Is ea id qu
ot significa-
tiones habet

¶ Nota pul-
chra prono-
minibus.

hoc secundo modo etiã
continetur hoc ꝓnomẽ.
¶ Is ea id dicatur ꝙ per il
lud demonstratur res uel
ꝑsona ad oculũ: a prima
secunde: uel secũde ad pri
mam sicut & hoc prono
men ego inuentum est:
ut eo ostendamus ꝑsonã
aliquid agẽtem sub actu
propinquissimo: tu uero
sub actu remotiori & iõ
significantur pronomini
bus prime & secunde per
sone & hanc etiam obrẽ
ego & tu dicunt prono-
mina demonstratiua ad
oculum tantum quia eis
ostendimus res: sub illa ꝓ
presẽtia: ego quia demõ-
strat rem sub prima noti
cia & est declaratiuũ ad
oculũ & intellectũ aliqđ
pronominũ duo tantũ
ut hic & iste & q̃uis mo-
dus demõstratiõis nõ di
cat rẽ explicite ꝑ modũ
notificãtis rẽ expresse ut
nomẽ tñ hoc facit ĩdeter
minate: & ad sensũ & ad
intellectũ: relatiua uero
pronomina sũt duo scili
cet sui & is ex relatiõe ad
rẽ cui sũt applicabilia: &
que sunt modo demon-
stratiua modo relatiua:
sunt ille: & ipse. que ali-
quando sumunt rationẽ
pronominis ex dependẽ
tia ad aliđ aliquãdo ostẽ

¶ Nominatiuo hic ⁊ hec nostras
⁊ hoc nostrate. Genitiuo huius
nostratis. Datiuo huic nostrati.
Accusatiuo hunc ⁊ hanc nostra-
tem ⁊ hoc nostrate. Uocatiuo o
nostras ⁊ o nr̃ate. Abltõ ab hoc ⁊
ab hac ⁊ ab hoc nr̃ate vel nostra
ti. Et pluraliter nominatiuo hij
⁊ hee nostrates ⁊ hec nostratia.
Genitiuo horum ⁊ harum ⁊ ho-
rum nostratium. Datiuo his no-
stratibus. Accusatiuo hos ⁊ has
nostrates ⁊ hec nostratia. Uoca-
tiuo o nostrates ⁊ o nostratia. Ab
latiuo ab his nostratibus.

¶ Nominatiuo hic ⁊ hec vestras
⁊ hoc vestrate. Genitiuo huius
vestratis. Datiuo huic vestrati.
Accusatiuo hunc ⁊ hanc vestratẽ
⁊ hoc vestrate. Uocatiuo o ve-
stras ⁊ o vestrate. Ablatiuo ab
hoc ⁊ ab hac ⁊ ab hoc vestrate
vel vestrati. Et pluraliter nomi-
natiuo hij ⁊ hee vestrates ⁊ hec
vestratia. Genitiuo horum ⁊ ha-
rum ⁊ horum vestratiũ. Datiuo
his vestratibus. Accusatiuo hos
⁊ has vestrates ⁊ hec vestratia.
Utõ o vestrates ⁊ o vestratia.
Ablatiuo ab his vestratibus.

¶ Quot sunt pronomina: de qui
bus nulla dubitatio est apud la-
tinos: quindecim: que octo pri-

mitiua: & septem deriuatiua primitiua sunt ista: ego tu sui ille ipse hic & is & iste: deriuatiua sunt ista: meus tuus suus noster & vester: nostras & vestras.

dunt suum antecedés demonstratiue: exemplum primi: ut homo legit: & ipse mouetur exemplum secundi ut hic ille homo currit. ¶ Meus mea meũ quoti modi pronominis est: quia per omnia sequitur declinationem mobilium idest adiectiuorum mobiliũ uariabilium que scilicet mouentur idest uariantur articulis uel uocib⁹ diuersis prime & secunde declinationis ut dictum est supra: meus tuus & suus dicuntur pronomina deriuata a mei tui & sui & possessiua quia significant aliquid in quantum possessor habet depẽdentiam ad rem possessam: & sic finite determinat rem possessoris & personam: quamuis ex modo significandi: significet tãtum rẽ possessam: non ex significato ipsius quia significat possessionem per modum adiacentis rei possesse: & ideo dicitur ꝙ significat rẽ possessam indeterminate determinate possessorem: ex deriuatiuis solum hoc pronomen habet uocatiuum non ratione primitiui a quo deriuatur: puta genitiuo mei: sed ratione eius quod significat ut si dixero o fili mi: quia hoc nomẽ filius habet uocatiuum: sic & hoc pronomen. meus mea meum: quoniam ex eo ꝙ ego non habet uocatiuum ita nec ratione sui genitiui: hoc pronomen meus mea meum: habet uocatiuum q̃uis ab eo deriuetur idest a genitiuo mei: quod potest construi cum quo uis casu: & etiam numero ut hii libri sunt mei: & iste liber est mei: q̃uis aliquando barbare tamen genitiuus: huius pronominis meus nõ cõstruit̃ nisi cum gtõ singularis numeri & nominis appellatiui: tantũ ut liber hic ẽ mei fratris non autem mei lucrecii: referendo orationẽ ad se ipsũ lucrecium: q̃uis ad aliũ q eius sit puta frater uel amicus: uel qcqd fuerit unde dicentes oppositum: non locuntur latine quia suapte natura possessor ĩtelligit̃ ex noie ꝓprio: nõ autẽ ex noie appellatiuo loco cuius ponit̃ ꝓnomẽ: uel actu uel aptitudine: qa possũ dicere petrus qui currit: & homo qui currit: quod nomẽ homo est nomen appellatiuum: ex uoce: ex re uero est nomen proprium: sit. b. uel. a. ¶ Tuus tua tuum caret uocatiuo: q̃uis descendat a pronomine habente uocatiuum: & hoc ex modo significandi rem: quem grammaticus cõsiderat: nõ autẽ rẽ ipsam: quia ex ipso ꝓnomine demõstrat̃ certitudo rei: p ipsum ꝓnomẽ importate: iõ nõ opus est utõ q̃uis & meus mea meum: dicat hanc certitudinẽ tamẽ sub maiori

¶ Quare meus mea meũ habet uocatĩuum: & non alia pronoia deriuatiua.

¶ Grãmatic⁹ qd cõsiderat

dubitatione: quia certior est sermo: prime persone ad secundam q̃ prime pro se ad alium: sic dicatur de suus sua suũ. unde hec pronomina terti modi dicuntur adiectiua ratione modi possidendi rem quocunq; modo: ex applicatione ad id cuius sunt: secundi uero ad quod uis indifferenter demonstratiue uel ut dixi ego & tu. ad res determinatas: licet indeterminate: & sic ego tu sui sunt adiectiua: ratione eorum: quibus sunt applicanda: & quibus applicantur: nõ tamen uere adiectiua ratione uariationis quã sortiri solent: & hoc quia sunt indeterminata ad quod uis suppositum: & hec omnia dicuntur significare qualitatem principaliter ex adiacentia ad subiectum: quem determinant quo uis modo: sicut & in nomine. Postremo pro huius orationis parte sciri debet ꝙ quidam dixerunt plura esse: uel nomina: uel pronomina: ut unus totus solus negatiua dicuntur carere uocatiuis quoniam carent certitudine que demonstratur precipue ad secundam personam: secundum quosdã: hac eadem ratione carent certitudine quia dicunt confusionem: ut nullus: & cętera. & eodem modo interrogatiua: ut quis uel qui quia cum interrogatur dubitatur: sic & relatiua quia carent prima notitia: & infinita: quia uocatiuus dicit quid finitum: nostras & uestras significant gentem uel patriam: eo quia significant plura non unum ideo multiplicant genitiuum: non autẽ meus mea meum: a quo non dicimus meatis tuatis suatis: nec noster nostra nostrum: non enim possunt multiplicati genitiui descendere a singulari: horum pronominum: quia significant eius patrie: uel regiõis sed bene cuius sunt: quod sumitur a genitiuo singulari: quia absq; dubio possessionem: cum dubio gentem significat: uel patriam de quibus hactenus.

¶ Quare nostras & uestras multiplicant genitiuum.

## ¶ Dionisij: Apollonij: Donati: octo partium orationis: Liber quintus de prepositione.

Ad que pars est? prepositio est: quare est prepositio? quia preponitur aliis partibus orationis per appositionem vel per compositionem. Per appositionez idest per regimen casus: vt per tella: p hostes. Per compositionẽ: idest quando

¶ Ad que pars est prepositio est. Absolutis quatuor partibus orationis declinabilib⁹: scilicet nomine uerbo: participio: & pronomine: nũc agrediar partes quatuor indeclinabiles per obliquos casus

quando componitur vt idoctus. Prepoſitioni quot accidũt? vnũ quid? caſus tantum. Quot caſus? duo: qui? accuſatiuus ⁊ ablatiu⁹. Ad cui caſui ſeruit? accuſatiuo. Da prepoſitiones ſeruientes accuſatiuo caſui? Ad/apud/ante/aduerſum/ vel aduerſus/cis/citra/circum/circa/ꝯtra/erga/extra/ inter/intra/infra/iuxta/ob / pone / per/prope/propter / ſecundum / poſt/trans/ vltra/preter/ſupra/circiter/vſqꝫ/ſecus / penes . Ab cui caſui ſeruit? ablatiuo. Da ꝑpoſitiones ſeruientes: ablatiuo caſui ? a/ab/abs/cuꝫ/coram/clam/d/e/ex/pro/pre/palam/ſine/abſqꝫ tenus . In cui caſui ſeruit? vtriqꝫ. Da prepoſitiones ſeruientes vtriqꝫ caſui? In/ſub/ſuꝑ/⁊ ſubter . Quot ſunt prepoſitiones que non inueniuntur niſi in cõpoſitione ? ſex : que? di/dis/re/ſe/an/con.

casus: q̈uis & illis accidat casus: ut dicetur ad significandum uarium mẽtis affectum: ex oratione in qua ponuntur & primo dicemus de prepoſitione ordo quarum partiũ patuit in capite de nomine ad que pars eſt: eſt pars orationis: non talis ꝙ ſine ea: oratio perfecta fieri non poſſit: q̄ fit ex ſuppoſito: appoſito: & uerbo ſed eſt pars neceſſaria quo ad eſſe determinatiuum ſuppoſiti ad appoſitũ reſpectu: actus agẽtis ad affectum completum Per appoſitionem ut homo fortiter currit in campum: & ad ludum litterarium proficiſcor. Quare eſt prepoſitio: quia ꝑponitur aliis partibus cõtra quas: & a quibus cum ꝑponitur: ipſa diſtinguit: ut habens propriam diffinitionem: ſe iunctam a ceteris partibus ſub quibus non continetur: quia ſpecificus modus & proprius: quo diſtinguitur ab illis eſt quia dicit quandam inclinationem alicuius cauſalitatis ad actũ: & q̈uis ponatur aliquãdo pro aliis partibus orationis ut puta pro aduerbio: hoc tamen fit in proprie. Per appoſitionem uel per compoſitionem: quia iungitur illis: aut ut augeant: aut ut minuant: aut immutent: illis duobus modis per appoſitionem uel per compoſitionem: per compoſitionem quando ſignificatum prepoſitionis contrariatur ſignificato dictionis cui iungitur per compoſitionẽ & tunc immutat ut cum dicitur excuſo: quod componitur ab ex & accuſo: & quia ſignificatum prępoſitionis contrariatur ſignificato huius uerbi accuſo: ideo ei prepoſitio addita: ſignificatũ mutat in contrarium ut patet: quia aliud eſt accuſare: aliud excuſare:

¶ Quo cãus accidit q̈tu/or ptib⁹ orõnis ideclinabilibus.

¶ Quot modis ponit̃ prepoſitio ĩ orõne.

sed quando significatũ prepositionis non cõtrariatur significato alicuius dictionis cui additur per compositionem : tunc in ea põt includere quandam completionem ut cum dicitur aduenio perficio:uel diminutioné ut subrideo:ridere significat actum agẽtis absolutum subrideo eundem:sub quadam diminuta determinatione:ratione illius prepositionis sub aliquando adauget & minuit : ut in felix:quare dicamus ꝙ q̃uis hec pars opponat aliis partibus orationis ex suo significandi modo qui modus. in qualibet parte non est nisi intellectus alicuius dictiõis in ea cõsiderate principaliter cum determinatione alicuius actus agentis ad effectũ: & hos modos dictionum & earum significationes considerat grammaticus tamen potest addi illis:quia si ita opponeretur illis quod ex ipsa prepositione:& aliis partibus orõnis deberet fieri aliquod unum simpliciter nequaq̃ esset uerum.tamen ex illis que sunt. opposita:non est inconueniés fieri aliquod unum compositum: nec oportet ꝙ prepositio addita dictioni semper insit dictioni : sicut elementum elementato quoniam prepositio non est elementum dictiõis cui additur:& cũ qua componitur:quia prepositio semp manet in sua specie:q̃uis cadat:& in eandem dictionem : & quia elementum manet in eo:cui addit.ideo prepositio non habet rationem elementi. Vnde & prepositio aduerte secundum suum significatum non est eiusdem speciei cum dictione cui additur : sed solum secundum uocem:ex qua & dictione alia fit significatum dictionis in specie distincte a modo significandi prepositionis : & ut est addita dictioni non habet uim prepositionis nisi secundũ uocem:aliter dictio cõposita non esset una dictio quia essent duo modi significandi:ut patet in hac dictione armiger:ex suo specifico modo significandi non esset sub specie nominis:hoc enim nomen componitur ex hac dictione arma:& gero geris.constat autẽ ex cõpositione huius dictionis solũ quantũ ad uocẽ:& nõ quantũ ad suũ modũ significãdi specificũ alias nõ esset ut dictũ est: & hoc dicẽdũ est de oĩbus cõpositionibus in qbuscunq; partibus orõnis fiãt.oĩs.n.dictio cõposita retinet unũ modũ significãdi specificũ qa aliqua dictio cõposita:nunq̃ posset ꝯtineri sub una specie ptis orõnis intellige de retinẽtia unius modi significãdi specifici alterius cõponẽtiũ qa ut dictũ est:alteꝝ cõponẽtiũ remanet in illa dictiõe cõposita solũ quantũ ad suã uocẽ:& suũ significatũ & nõ ut dixi quãtũ ad suũ modũ significãdi specificũ:& hoc est ut dixi ꝙ nisi sic esset nunq̃ aliqua dictio cõposita:posset ꝯtineri sub una spẽ partis orõnis & hoc credo salua pace:ꝙ latuerit donatũ priscianũ

¶ Quid est modus significandi.

¶ Quãdo ṗpositio hẽt uim suam & qñ non.

¶ Nota dcm mirabile.

& ceteros grãmaticos hoc in loco: qui crediderũt ꝙ ꝓpositio posset imponi ad significandũ separatim: & postq̃ alteri dictioni sit cõposita ꝙ cedat in eandẽ speciẽ partis cũ eo cũ quo cõponit̃ p ammissionẽ sui proprii significati uel modo significãdi specifici. in ꝓpositione hec ergo sit quedam fictio: & uane dictũ ꝙ aliqua dictio habeat modũ significãdi specificũ & postea ipsum ammittat quia est cõtra rationẽ eius. ⁋ Prepositioni quot accidunt unũ qd casus tantũ: nõ ita ꝙ prepositio uariet̃ his duobus casibus: qa casus non est modus significãdi ꝓpositionis: sed solũ habitudo causalis ei cõuenit ratio est: quia non imponitur uox prepositionis ad significãdũ rẽ que dicit̃ prepositio: sed aliquẽ actũ: sub aliqua habitudine causali: qa ergo ꝓpositio significat solũ habitudinẽ alicuius causalis ad actũ uel ut terminũ actus: uel ut eius principiũ hinc est ꝙ ꝓpositioni tantum duo casus atribuunt̃ scilicet accusatiuus & ablatiuus: accusatiuus quia significat rẽ propriã sub ea ratione qua terminat actũ agentis. Ablatiuus uero sub ratione principii ipsius actus: exemplũ primi: uado ad templũ: exemplũ secundi uenio ex templo: & hee sunt rationes quibus declarant̃ regule nominum aduerbialiũ: q̃ scilicet ponunt̃ aduerbialiter: nec etiã dicimus. uado ad nisi cum expressa additione alicuius nominis: uel alterius dictiõis quare q̃uis casus nõ sit modus significandi prepõnis sine quo nõ uidet̃ posse fieri ꝯstructio casualis ipsaꝝ ꝓpositionũ: quia tamen: non tantũ modus significandi est principiũ ꝯstructionis: sed ẽt modus intelligẽdi quoniã ex illo est acceptus modus significandi: quare sat est modus intelligendi ꝓpositionis ad ꝯstructionis necessitatẽ: nõ modus significandi qa prior est cõstructio apd̃ intellectũ que fit p modũ intelligẽdi q̃ ꝯstructio uocis q̃ fit p modũ significandi & sic prepositioni non accidit casus ita ꝙ habent constructionem casualem: sed quia solum illis duobus modis dicit habitudinem casualẽ: alicuius agentis ad actũ aliquem & cũ dicit prepositioni quot accidũt recte dixit prepositioni nõ propositioni: qa primo utit̃ hac in parte orationis grãmaticus: ut quoddam prepositiuo dictionibus secũdo dialeticus: ut quoddã qd̃ ꝓ alio ĩ propositione poni solet: quo & ab enũciatiõe differre nõ solet nisi rõne: idest ꝯceptu: uel intellectu: diuerso respectu ipsius rei dicit̃ enim propositio q̃si ꝓ alio posito ĩ sillogismo ad aliqd ꝯcludendũ: enũciatio uero: quia ea enũciamus ꝓferẽdo uoce ostẽdimꝰ mẽtis ꝯceptũ: ꝓpositio uero est aliqua dictio q̃ solet ꝓponi alicui dictiõi p appositionẽ uel ꝯpositionẽ mõ quo dictũ ẽ: & qa dicit casus tñ: qa ꝓpõi spẽs accidit rõne sui significati: uel mõi significãdi

⁋ Q̃uo casus accidit ꝓpositioni.

⁋ Vnde capiuntur modi significandi dictionum

¶ Quo ꝓpositiōi accidit casus tātū & qūo alia accidentia.

uel uocis:& etiam ratione eius cui accidit prepositio:& sic ei non repugnat species quo uis modo ut a clam deriuatur clanculum: sed quia prepositio non fuit imposita ad significandum sub hoc accidente explicito:ex uoluntate primi instituentis cuius rationē apertam querere uanum est:& q̄uis hec fuerit mens donati:tamen possem dicere ꝙ etiam ei accidit figura & ordo: hec enim dictio abs.est figure simplicis:quia simplicem dictionem ostēdit: hec uero composite absq̧:quia ostendit dictionem alteri adherentem & ordo:quia ostenditur que dictio debeat preponi: & que supponi quia triplex est coniunctionis ordo: prepositiuus quo ostenditur prepositio in coniunctione preponi ut ante diem surrexi:subiūctiuus est quum ostendimus prepositionem in constructione supponi ut ibo Romam uersus que semper post ponitur apud certos auctores:sed illa prepositio dicitur esse communis que potest ꝓponi & supponi in oratione:ut per plateam:& per uicos te querito:tamen sequamur auctorem.& hoc recte fiet:quoniam hec duo accidentia includuntur in accidente casus:huic etiam parti non repugnat numerus quia ei non repugnat proprietas intellecta aliquo significandi modo sicut nec modus significandi & quia unitas q̄ significat numerus singularis non repugnat prepositioni ratione sui significati:nec multitudo designata numero plurali:quia.s.ipa prepositio potest addi dictioni numeri pluralis & numeri singularis ut ad te uenio: ad uos ueniam:nec hic ei repugnat ratione sui modi significandi:quia modus significandi prepositionis specificus est unus in una specie:& potest multiplicari in diuersis:& sic ei non repugngnat modus significandi qui est numerus:qui ex parte uocis ei non conuenit quia uox nulli significandi modo repugnat:sicut & nullum significatum quantum est ex parte uocis: tamen non conuenit ei numerus ita ꝙ uarietur casualiter numeris ut nomen:nisi ex additione ad dictiones:quoniam est pars orationis indeclinabilis:quia scilicet non habet modos essentiales secūdum quod aliqua pars declinatur: formando personam a persona: numerum:a numero:& tempus a tempore: non tamen dicit̄ indeclinabilis ꝙ scilicet nullo modo uarietur:quia ut dictum est: illi modi ei non repugnat secundum quos posset declinari & declinatur modo declarato & ex hoc facile patet intellectus illius sēsus quatuor partes orationis sunt declinabiles & quatuor indeclinabiles:huic etiam parti orationis non repugnat figura: quia ex parte modi significandi ei potest conuenire: prepositio enim significat rem suam per modum retorquentis casuale ad actum uel

¶ Qūo ꝓpositiōi ꝯuenit numerus & qūo non.

ad passionem:in ratione termini:uel principii illius actus : uel passionis:ut uado ad studendum:& uenio a studẽdo : & hoc quia datur aliqua res simplicis nature:& tũc intellectus nihil habet quod in illa re distinguat & sic dicit uocem illam esse figure simplicis: quando uero inspicit rem habere aliquid quod in ea distinguat: tunc uocem eam significantem designat per modum retorquentis ex casualitate ad actum:ut cum dicimus complector descẽdo: aduenio concurro:& cętera id genus:& sic prime uoci puta huius de.sub.quia est significatum simplex secunde uero ut descẽdo est compositum:quod nõ uetatur ab aliquo deriuari:& componi ex eo:ideo datur figura in propositione : nec ei repugnat ex parte significati : quia ei non repugnat proprietas uel modus essendi a quo sumitur modus significandi nec ex parte uocis:quia ipsa uox quantum ex se est : est indifferens ad quodcunq; significatum in compositione uocis intellecte ab intellectu ex proprietate quam significare potest eadem ratione que dicta est supra: non ponitur hic a donato:huic etiam potest cõuenire comparatio ab ea enim fiunt comparatiua quia sicut res potest intelligi:sic potest & significari sub modo significandi qui est comparatio:& quia significatum prępositionis:potest intelligi sub intensione:& remissione significata per magis & minus ut sum te indoctior:idest minus doctus & doctior te idest magis doctus:res ergo prepositionis potest significari sub modo significandi ut dixi qui est comparatio : nec huic repugnat gradus superlatiuus:ut patet bene nec ratione uocis:nec ratione eius quod significatur per prepositionem ut dictũ est de magis & minus : nec ratione modi significandi:quia prepositio ut dictum est significat rem suam per modum retorquentis casuale ad actum:qui modus significandi designatur circa suum significatum:quod est magis minus maxime & minime: & quãuis una res nõ potest se magis habere ad suam naturam q̃ alia ad aliã siue ad suã quia eius significatum non potest intendi & remitti:tñ non sequitur ꝙ ex negatione inferioris sequatur negatio superioris quam includit hoc uerbum repugnat. ¶ Da prepositiones seruientes accusatiuo casui : da id est dic. Virgilius:Sed tamẽ iste deus qui sit da titire nobis : da apud hec prepositio ad plura significat primo proximitatem. Ouidius. Ad uada meandri concinit albus olor:idest iuxta uada:aliquando significat causam: ut o papyri cogita quando es alicubi ad quid illuc ueneris idest propter q̃ causam & similitudinem : ut o honofri gasparine. ingenue iuuenis tui sulmonis tuo olim studio & morib⁹ clarum exemplar: ad

¶ Q̃uo comparatio accidit ꝑpositiõi

¶ Ad ꝑpositio quot significatiões habet.

unguem tibi declaraui quod scire uoluisti: & contrarietaté ut ad illum uadam ideſt contra illum: & locum perfectum motus ut ibo ad siluium: & tempus ut ad bellum cilicum hec faciam ꝓ eo tempore quo fiet bellum cilicum: significat & additionem ut ad mala. ¶ Apud locum & personam significat: ut apud tragutium & apud herculem. ¶ Ante significat & locum & tempus: locum ut hoc pono ante te aut huic hanc rem ante pono exemplum se/cundi: ut ante mensem ad te ueniam. ¶ Aduersus & aduersum si. gnificat contra: ut calaguritani sibenicenses semper in iuriis: & delationibus tendunt aduersus bonos. ideſt contra bonos: ¶ Et Cis: prepositio tres habet significationes. primo significat locum: & iungitur nominibus propriis fluuiorum & montium: ut cis alpes: cis torrentes sulmonis olim exspiscabat rannas: ubi & car minibus clari sepe uates contendere solent: & tempus definitum: ut cis tempus: & aliquando methaphorice significat id idem quod minus: ut cis naturę leges hoc fit: ideſt minus q̄ paciantur leges naturę. ¶ Citra hoc idem significat: sed iungitur: non solum propriis nominibus fluuiorum & montium: sed & aliis: ut citra forum. citra hoc: uel illud. ¶ Circum aliquando habet uim prepo. sitionis: ut circumfero: q̄n̄q; aduerbii localis: ut circū ripas a terni: iuuenes sulmonenses saltant cum musis eburneo pectine apolline percuciente cytharam. ¶ Circa significat iuxta: ut circa muros hostes eſt: aliquando poſt ponitur in compositione: ut circū circa. ¶ Contra significat duo aliquando quia ut contra uicia pugnan. dum eſt: aliquando eſt idem ꝙ ex opposito: ut iulius hec contra. ¶ Erga significat affectum ut erga amicos polideus meus semper mitissimus extitit & uersus ut erga bonos. ¶ Extra significat ꝑter ut extra uitam omnia mihi scioli calaguritani sibenicenses charō teo furore pleni & furibundi: quibus nihil eſt preter uitium ma/le uite: abſtulerunt: & tunc extra eſt prepositio: quando uero si. gnificat ad locum tunc eſt aduerbium loci: ut exeo extra. ¶ Inter aliquando significat in ut interse ora tenebant ideſt in se: aliquan do habet uim prepositionis: ut intercludo: aliquando idem eſt ꝙ in medio ut cum eram sibenici inter calaguritanos ſtabam in. ter predones: & delatores: ideſt in medio predonum: & delatorū ¶ Intra quando iungitur casibus tunc eſt prepositio: ut intra tectū quando uero perse ponitur: tunc eſt aduerbium sic dicam de in. fra ut infra urbem.

¶ Iuxta significat prope ut iuxta ticium aut scardonem nobile si. benicense flumen fui: aliquando eſt aduerbium.

Ob significat p.ut o diothaleui:uir prudentissime ob tuam probitatem & tue clare consortis madalene te colui & obseruaui qui & egenorum fautor & pater es: ut mihi liquido patuit cum meuanie in tua scilicet olim urbe uetustissima degerem: quando uero cum alio componitur: tunc significat contra; ut oppono: qd componitur ex ob:& pono.

Policarpi carus amicus

Pone cum accentu in fine in quo hoc oportet ut fiat ne uideatur imperatiuus huius uerbi pono ponis:significat apud ut pone domum meam pro apud domum meam erant olim muse.

Per aliquando significat motum per locum: ut uado per urbē quandoq; cursum temporis ut per diem quandoq; iuramentum: ut per castorem: aliquando perfectionem: ut papyrius pontanus Viterbensis nepos meus est perdoctus iuuenis:& polideus hieronymus eius gentilis & mihi germanus est per pulchris moribus ornatus aliquando idem est: ut ualde ut per pulchrum est honeste uitam uiuere idest ualde pulchrum: aliquando abnegationem ut omnis calaguritanus sicensis esset bonus nisi adoptiuo sibenicensi & uero epyrota duce esset perfidus & periurus.

Prope:pro apud ut prope ianuam:pro apud ianuam.

Propter dicit causam: ut propter difficilem ad caieti littoris hostium & additum: plures pauperes calaguritani ruunt: quem nō decet superbia comes: uiuide uirtuti hostis: hoc est causa difficilis aditus & ingressus ad eum: licet non sit nimium latinus sermo: quo ex hoc & quemdam hesperorum hespero chyriaco duce presidem: nato laudarem tamen eius hoc superbia uetat.

Secundum significat quandoq; auctoritatem:ut secundum fráciscum maturantium Perusinum: quamuis nostra hac tempestate humanis litteris uirum clarissimum: non est dicendum pro pertium fuisse Asisium: sed meuanatem: hoc liquido patet ex eius horoscopo in quarto elegiarum libro: in quo primo sequestratis paululum rebus amatoriis stillum uertit ad res serias & graues: & inducit in calce illius elegie mathematicum declarantem constellationem atq; horoscopon propercii: his carminibus hactenus historie: nunc ad tua deuhear astra: incipe tu lachrimis:equus adesse nouis:Vmbria te notis antiqua penatibus edit. Mentior an patrie tangitur ora tue:& postea subdit quo in loco in umbria natus fuerit: qua nebulosa cauo rorat meuania campo. Et lacus estiuis intepet imber aquis: meuaniam non potest hic maturantius capere pro Spoletana ualle: quo-

Franciscus maturancius uir clarus:

niam nescio unde proprie nebulosam diceret cum hec patria cęlo sereno tota fere gaudeat:nec est illi cauus campus undiq; tetigit ergo meuaniam urbem non prouinciam quam appellat partem umbrie partis tuscie seruius in secũdo georgicorum:hinc albi clitumne greges & maxima taurus uictima:potuit illic seruius intellexisse illam uallem quam clytumnus preterfluit dictam meuaniam a proxima urbe ubi dicit clytumnus est i meuania:que ē pars umbrie:eo magis quia clytumnus & urbem pręterfluit:& non datur locus apud asisiam in quo oriatur clytumnus uel sit quem hic tangat ut hoc horospico suo : malis maturanti urbem q̃ uallem intelligere nec in ea esse asisiam:sed tantum urbem meuaniam uallatam colliculis:sequitur & lacus estiuis intepet imber aquis : ubi & antiquitas prodidit lacum tepentem fuisse uorigius aquis carie conclusum:nec abest a populo uetustum nomen : nec te decipiat illud carmen scandentisq; axis cõsurgit uertice murus : murus ab ingenio notior ille tuo : quo iure dicis asiis:& per hoc intelligas montem in quo sit asisia urbs : que q̃uis dicatur asis a silio italico in tumultu aduentus hanibalis non sequitur ergo est asisius: cum potuisset tunc meuaniam claram urbem ut tali monti suppositam cepisse pro patria:tamen melius est legendũ axis:pro cliuo in quo sita fuisse meuania uidetur : hoc & ego legi in antiquissimo codice qui mihi est sibenici cui quia familiaris eram:multum incubui & plures elegias reperi quas hec tempestas nõ uidit:uidebit tamē si nobis fata uitam longiorem dederint in fine tertii:habetur hec elegia ad cynthiam:cynthia quid dubitas nebuloso uertice mecũ Degere cur trepidas fidus amicus ero. Vita tibi dabitur latis meuania campis. Vrbs mea romuleis inclyta quippe deis. Labit hac teneas:hic est clytumnus ab umbro. Tramite & in tyberim pron⁹ uterq; cadit. Fontibus hic puris rigantur gramina nostris:Et sacer estiuis intepet imber aqs. Tullus adest fautor nobis:& regia tecta. Templa deum colimus Roma superba iubet. O decus hoc faciā nullo temerata pudore:Vt simus efficias nos in amore pares. per meuaniam non potes nisi urbem intelligere nunc humilem siderum motu:olim claram:& uetustam:hanc & silius in octauo celebrat dicens his urbes arma:& latis meuania campis:quam & in illis carminibus ad tullum intelligas:proxima supposito contingēs umbria campo:me genuit terris fertilis uberibus quare ne adducas hoc:in questionem in utilem contra omnes clarissimos uiros qui dixerunt meuania est urbs umbrie inclyta propertio alumno & nunc profecto uiris optimis & ingenuis q̃uis angustia rerum

¶ Meuania urbs & meuanates.

pressis temporum

pressis temporum:& siderum inuidia:cecidit ut superba babilon potens carthago:triumphans Roma : studiosa athene : & bellica Thebe:omnia orta occidunt & aucta senescunt quoniam sub sole nihil perpetuum est:hec dixisse uolui exempli gratia: q̈uis diffuse detur uenia certe ueritati quam defendere & amare uoluerim: sileat ergo quisquis ille fuerit:secundum ergo maturantium idest iuxta auctoritatem maturancii & locum:ut secundum forum pro apud forum. ¶ Post quatuor significat:aliquando ordinem loci: ut te uidi post sepem:aliquando ordinem dignitatis:ut post mores sequitur uirtus:& ordinem temporis ut post mensem hinc discedam:quãdoq3 loco aduerbii:ut hoc post faciã pro postea : hoc faciam . ¶ Trans ultra significat ut trans ticium nostrum nobile flumen cilices sepe nos infestant:pro ultra ticium : & per ut trano flumen idest transfluuium & ad:ut transgredior idest agredior:& ultra : quando uero iungitur casibus tunc est aduerbium ut quid ultra te doceam ignoro : quando uero iungi᷑ casibus habet uim prepositionis:ut ultra mare est mihi patria:significat & tempus supra:ut supra mensem & super:ut supra domum pro super:& quandoq3 additionem:ut tres supra uiginti dies ualidis undis iactatus sum:hoc est uiginti & tres dies. ¶ Preter significat ultra : ut preter rationem loquuntur nebulones : idest ultra rationem : & significat exceptionem ut omnes homines mihi cordi sunt preter calaguritanos sibenicenses. ¶ Circiter quia tantum tempus significat accipitur solum pro iuxta:ut circiter nonas iulii exulaui a predonibus ex sibenico. ¶ Vsq3 locum significat ut usq3 Romã ibo : potest & postponi:& ualde ut usq3 te timui:idest ualde. ¶ Secus significat aliter:ut haud secus te diligo q̄ uitam meam . ¶ Penes etiam significat apud ut ei adsunt omnia penes quem uirtus est:q̈uis proprie potestatem dicat non locum & personam ut apud sed personam & potestatem. ¶ Pridie idest precedẽti die ad te uenio ut pridie nonas iulii : idest die precedenti nonas iulii iungitur: & genitiuo:ut pridie huius diei:que dictio:q̈uis ponitur inter prepositionẽ:tamen est magis aduerbium. ¶ Ab cui casui seruit:hee prepositiones sunt digne declaratu : hec prepositio.a. iungitur ablatiuis etiam passiue acceptis illis precipue ablatiuis qui a consonantibꝰ incipiunt:ab etiam iũgitur casui ablatiuo uerbi passiui:ut diligor ab ipso:& quando simplex dictio incipit a uocali tunc integra efficitur : ut ab antonio hoc habui:si uero sequatur cõsonans extremam litteram perdit. ¶ Abs in compositione iungitur:sequente. p.q.c.&.t.ut asporto absquolibet abscõdo abstineo:in appositiõe

uero sequente.t.ut abste. ¶ Cum duo significat societatem ut fui cum papyrio sulmone & tunc scribitur per.c.quando uero significat tempus tunc est aduerbium & scribitur per.q. & duplex.u.ut quum ad te uenero me dono donabis. ¶ Coram quando refertur ad personam tunc significat palam & est aduerbium ut coram ad sum:quem queritis: quando uero significat ante:tunc est prepositio ut hodie fui coram iudice idest ante iudicem. ¶ Clam significat occulte:& iungitur ablatiuo ut clam te hoc faciam:q̄uis antiq iunxerint utriq casui accusatiuo & ablatiuo. ¶ De prepositio plura:significat:expletionem ut de primo idest ualde premo: aliquando uim executiuam ut nomen est una pars de partibus orationis: aliquādo significat causam priuatiuam ut quem fugis ha demēs: aliquando significat deorsum ut descende pro deorsum ueni:aliquando uim temporalem ut e uestigio:aliquando localem ut de uel e templo:uenio ex propositio:habet multiplicem uim:aliquā do habet uim temporalem ut ex illo fonte fluit liquor priuationē ut exero perfectionem ut expleo exclusionem ut excludo: & si sequens dictio incipiat a uocali tunc est prepositio integra ut uenio ex achademia:si uero sequatur consonans:tunc perdit extremam ut uenio e scola:quare debes notare q a ex ad & in differunt:ex dicit discessum e loco:ut uenio ex amphiteatro.a.uero dicit discessū e loco proximo in quo quis fuerit ut uenio a ludo idest a loco proximo ludo: ad significat locum proximum illi ad quem quis pergit:ut uado ad templum idest ad locū proximum templo quod est bene notādum:in uero significat ad locum in quo quis est: uel esse possit. ¶ Pro capitur pro ante:& significat locum: ut pro foro reperi aureum:idest ante forum:habet etiam uim temporalem ut prouideo:idest porro uideo:capitur & pro.e.ut prominet:pro eminet:pro ad etiam:ut pro uiribus & pro in ut pro rostris: & affectū significat:ut pro dulci amore:& pro causa:ut pro milone hoc feci: idest causa milonis:& pre hec prepositio. Pre capitur pro ad & dicit comparationem ut thomas deuio caietanus q̄uis per se habeat neminem in doctrina:idest ad sui comparationem:doctos tamen premit:& quos uult extollit:capitur & pro hac prepositiōe pro: ut pre te hoc facio idest pro te & pro ab:ut pre studio pro ab studio uenio & pro super: ut presideo:& pro ualde ut pre uideo: & predico: & pro ante ut prepono. ¶ Palam est magis aduerbium quam prepositio tamen significat aperte. ¶ Sine dicit negationem quando anteponitur & utraq sillaba grauatur:quando postponitur ultima acuitur. ¶ Absq etiā dicit negationē sicut & sine ut absq te.

¶ Tenus significat usq;: iungitur ablatiuo: & preponitur: ut hactenus: & genitiuo ut crurum tenus. ¶ In cui casui seruit: hec dicunt prepositiones dubie uel ambigue quia indifferenter inguntur ablatiuo & accusatiuo: quando tamen in loco & de loco: tũc iungũtur ablatiuo: quando uero ad locum: & per locum tũc accusatiuo.
¶ In habet plures significationes: aliquando ualde ut hanc domũ in habito: quandoq; pro non: ut in dictum: quandoq; pro inter ui sui in mediis hostibus: & pro contra: ut in te ibo: & pro quodam qualitatis modo: ut in faciem iouis est mutatus & pro turpi qualitate: ut sum informis: & pro qualitate ordinatiua: ut in dies fio pauperior: & pro particula superuacua: ut nosco crines: in canaq; menta: & pro spacio temporali ut in lucem ueni: & pro hac prepositione pro ad in magnam paupertatem ueni pro ad: quandoq; ad locum significat ut uado in templum: quandoq; in loco: ut in domo maneo. ¶ Sub pro supra: ut ignis est mihi subiectus: & & pro infra: ut hic mihi subiecit funes: & prope etiam significat: ut sub te uolat auis: capitur & pro in: ut sub aurato tecto fui & pro ante: ut sub tenebras ad te ueniam: & pro per: ut sub totum diem studeo: pro per totum diem significat & in loco ut sub luce maligna: & ad locum: ut postesq; sub ipsos aliquando significat motum localem: ut subducte naues: quandoq; diminutionem ut sub rideo: idest parum rideo.
¶ Super pro desuper: super te multa dixit idest de te: significat etiam pro: ut nihil super te moueor: pro te scilicet: & pro insuper ponitur: ut ecce super te est mihi magna molestia pro insuper: ponitur & pro desuper: ut super ab urbe concurrunt hostes: hoc est desuper: & pro super est: ut est mihi nulla super fuga hinc: pro super est: & pro ultra ponitur: ut iuppiter ipse tibi super & garamantas: & indos proferat imperium: pro ultra in dos.
¶ Subter iungitur casui accusatiuo: & ablatiuo: ut subter te sternetur tinea: & subter densa testudine.
¶ Quot sunt prepositiones que non inueniuntur: nisi in compositione: hee dicuntur esse prepositiones coniunctiue: idest que deseruiunt in compositione orationis: & sunt sex. Prima est di que significat separationem: & iungitur dictionibus incipientibus ab omnibus consonantibus. preter. p. c. t. s. & . i. ut dirimo. Dis hoc idem significat & iungitur illis consonantibus exceptis predictis: ut discedo. & si sequatur. f. tunc abiecta. s. mutatur in. f. ut differo. ¶ Re significat retro: a quo per apocopem componitur respicio. ¶ Se duo significat negationem: uel uim abnegatiuã

ut securus & separatiuam ut seduco.¶ An significat circum.¶ Cō
idest simul: ut compono:sunt & alie plures prepositiones: que sūt
coniunctiue: que si iunguntur casibus: sepe uim suam commutāt
& fiunt graues ut ante diem: & ille que intrant compositionem:
uim etiam perdunt quia transeunt aut in uim nominis:aut in uim
uerbi:ut confitio:quod componitur ex con & facio:quia corrum
¶ Nota bene omnia. punt naturam uerbi: uel etiam ipso mutantur in aliam litteram:
ut afferro quia componitur ex ad & fero.d.mutatur in.f.aut & ip-
se & ea: quibus iunguntur: ut suscipio:sed prepositiōes ambigue
quando ponuntur pro aliis prepositionibus tunc iunguntur casi-
bus accusatiuus ut in tyrannum idest contra tyrannum:sed quan-
do prepositiones postponuntur casibus:tunc etiam habent uim p̄
positionis ut transferta per & remus: si uero mutent casum:quem
habere deberent:tunc non sunt prepositiones:sed aduerbia ut lon
go post tempore uenit:quia post iungitur casui accusatiuo: unde
etiam bene aduertendum est:si prepositio preponatur dictioni ca-
¶ Quō cognoscit̄ p̄positio ab aduerbio. suali tunc habet uim prepositionis: si uero iungitur non haben-
ti casum: puta uerbo tunc transit in uim aduerbii: exemplum
primi ut ante templum:exemplum secundi:ut post habeo: sunt &
alie quedam prepositiones: que dicuntur separatiue:quia scilicet
tantum in appositione casibus:& orationi deseruiunt:& sunt hee
apud circa citra erga extra infra iuxta penes prope secūdum ultra:
& supra inde deinde:& que in appositione & compositione requi
runtur sunt due supra triginta:ex quibus qa maior pars orthogra
phie fiat:de ipsa orthographia quedam pauca dicam ommissis ac
centibus:& punctis de quibus ut textus requirebat dictum est nūc
de orthographia:ex qua & recto puta latino loquendi modo to-
ta grammatices ratio perficitur hoc dicam.¶ Omnis dictio inci-
piens ab.o.uocali sequente.c.debet scribi duplici.c. quia tunc.b.
mutatur in.c.ut occurro quia componitur ex ob & curro.¶ Secū-
da regula:omnis dictio que incipit ab.s.sequente.u. &.c. scribitur
duplici.cc.ut succurro:quia cōponitur ex sub & curro. ubi.b. mu-
tatur in.c.¶ Tertia regula omnis dictio incipiēs ab .o. uocali quā
sequitur.f.debet scribi duplici.ff.ut officio ratione compositiōis
ex ob & facio.¶ Quarta regula:omnis dictio incipiens ab.s. se-
quente.u. & .f.debet scribi duplici .ff. ratione compositionis ex
sub & facio:ut sufficio.¶ Quinta regula omnis dictio incipiens
ab.s.sequente.u.&.g.debet scribi duplici.g.ut suggero ratiōe cō
positionis ex sub & gero.¶ Sexta regula omnis dictio incipiēs ab
.a.sequente.g.&.c.scribitur duplici.g.ut a gero ratione composi-

tionis ex à & gero:ſimiliter dicatur de dictione incipiente ab.o. ſequente.g. ſcribitur ut oggannio: ratione compoſitionis ex ob & gannio. ¶ Septima regula omnis dictio incipiēs ab.s.ſequente u.&.m.ſcribiť duplici.m.ut ſubmitto ratione cōpoſitionis ex ſub & mitto. ¶ Octaua regula omnis dictio incipiens ab.s.ſequente.u &.p.ſcribitur duplici.p.ut ſuppono.ſimiliter dicatur de dictione incipiente ab.o.ſequēte.p.ut oppono opprimor:& que incipit ab s.ſequente.u.&.r.debet ſcribi duplici.r.ut oppono:quod componitur ex ob & pono:& ſubripio quod componitur & ſub:& rapio & ſimiliter in dictionibus ab.a.ſequente.r.que ſcribuntur duplici r.ratione cōpoſitionis ex ab & rapio:ut arripio:tamen in his duobus uerbis.b.non mutatur in litteras ſupradictas in his uerbis ut abrogo & abrado :quarumcunq; ergo litterarum fit compoſitio: ex ab.ob.a.& ſub.tunc.b.tranſit in illas:& ideo cum dicitur panis ſub cineritius abiciatur.b.& ſcribatur duplici.cc.ſuccineritius:mutatur & in.u.ipſum.b.ut aufugio pro abſugio affero pro abfero: & hoc fit gratia euphonie. ¶ Nona regula omnis dictio incipiens ab.a.ſequente.c.ſcribitur duplici.cc.ratione compoſitionis ex ad & uerbo tali ut accedo ex ad & cedo . ¶ Decima regula omnis dictio incipiens ab.a.ſequente.f.ſcribitur duplici.f.ut affligo ratiōe compoſitionis ex ad & fligo: ¶ Vndecima regula omnis etiā dictio incipiēs ab.a.ſequente.f.ſcribitur ut ſupra ut affero. ¶ Duodecima regula omnis dictio incipiens ab.a.ſequente.g.ſcribitur duplici.g.ut aggero ex ad & gero. ¶ Tertiadecima regula dictio incipiens ab.a.ſequente.l.ſcribitur duplici.l.ut allido ratione cōpoſitionis ex ad & lido. ¶ Quartadecima regula dictio incipiens ab a.ſequente.p.ſcribitur duplici.p.ut appono ratione compoſitionis ex ad & pono. ¶ Quintadecima regula dictio incipiens ab.a. ſequente.r.ſcribitur duplici.r.ut arrideo : quia componitur ex ad & rideo. ¶ Sextadecima regula dictio incipiens ab.a. ſequente.t. ſcribitur duplici.t.ut attineo quoniam componitur ex ad & tineo ¶ Decimaſeptima regula:incipiens ab.a.ſequente.s.q̄uis componatur ex ad & tali dictione non ſemper ſcribitur duplici.t. ut aſpiro quia talis eſt auctoritas talis uerbi. ¶ Decima octaua regula: dictio incipiens.a.c.ſequente.p.ſcribitur duplici.cc.ut cappa ratiōe breuitatis uerbi. ¶ Decimanona regula dictio incipiens ab.o. ſequente.c.ſcribitur duplici.c.ut coccinum & coccineus. Vigeſſima regula:dictio incipiens.a.c.ſequente.o.&.q.debet ſcribi ſine.c. ut coquus. ¶ Vigeſſimaprima regula:quādo reperitur aliqua dictio: que componitur ex am prepoſitione:& uerbo uel nomine : tunc

m.mutatur in.n.sequentibus his litteris.f.c.q.ut anfractus: anesus inquiro.sed quando ipsum.b.sequitur ipsa uocalis in medio tunc m.non mutatur : ut ambitus:& similiter quando hanc consonantem.m.sequuntur hee littere.d.t.c.uel.q. tunc.m. etiam mutatur in.n.ut idem identidem.t.ut tantum:in fine dictionis tantundem c.ut amictus nuncubi nunquis.Vigessima secunda regula: quādo aliqua dictio incipit ab.i.sequente.l.ratione compositionis . in & con:tunc illa dictio scribetur duplici.l.ut illido:& collido : similiter quando dictio incipit ab a sequente.r. ratione compositionis ex.m.tūc scribitur duplici.r.ut irrideo ex in & rideo. ¶ Vigessima tertia regula:hec littera.n.transit in.m.ut quando incipit ab.i. sequente.m.tunc scribitur duplici.m.ratione compositionis ut immitto ex in & mitto. ¶ Vigessimaquarta regula:quādo dictio incipit a b & componitur ex in & nomine simplici:tunc debet scribi per.m.& non per.n.ut impius componitur enim ex in & pius & hoc sequente.p.uel.m.ut immunis . Vigessima quinta regula: quando aliquod nomen est compositum ex.n.& seipso sequente b.tunc talis dictio scribitur:per.m.& non per.n.ut imbuo ex in & buo uerbo.¶ Vigessimasexta regula:quando incipit ab e & componitur ex in prepositione:& seipsa tunc scribitur cum.c.& nō cū n.ut ecquid & non en quid. ¶ Vigessimaseptima regula quando est aliqua dictio que ex integra compositione suimet. q. litteram inclusam:ut puta uerbum loquor sequor & illorum composita ut insequor prologor:tūc talia in preteritis perfectis:& plusq̄ pfectis: scribuntur cum.c.& non cum.q.ut sequor secutus loquor locutus & quando uolumus indicare propositionem seruientem casui ablatiuo:coaptum inditio societatis tunc scribitur cum.c.ut fui cum lucretio sicut dictum est supra:quando uero significat tēpus. tunc non est prepositio : sed aduerbium.& scribitur.per.q.ut cum hieronymus uiterbiensis polydeus erat cum io.Policarpo sibenicēsi celibē ducebat uitā:q̄uis semp bonis moribus ꝑditus fuerit. ¶ Vigessimaseptima regula:quando aliqua prepositio incipit a uocali & cōponit in significato ex hac prepositione ex tūc remanet ꝑpositio integra ratione significati ex cōpositione dependētis ut exuro:hanc eandem uim seruat:quando dictio incipit.a.c.p.t.&.s. ꝑcedente ex ut excutio:extraho expecto exequor.sed quando hec ꝑpositio cōponit:cū dictionibus incipientibus ab.f.tūc suā uim nō seruāt:sed.x.mutat in.f. & dictio scribitur duplici.f.ut efficio : qđ cōponit ab ex & facio efficio.& cū oībus aliis dictionibus a cōsonātibus incipiētibus:ex cōponit preterq̄ ab his quas dicimus inci

piētes ab e & a uocali. Vigessimaoctaua regula omnes dictiões incipientes ab.i.d.u.g.m.n.r.recipiunt in sui compositionem in principio.e.ut egero:emico:enodo:erripio:euheo:eiicio.&.e.etiā apponit cōsonantibus ut uenio .e.domo. Vigessimanona regula a littera prepositio:non uocalis iungit tantū cōsonantibus:ut a pectore a turri a fure maximo epyrota sibenicēsi amabant illi nři delatores. Trigessima regula hec ppositio abs apponit dictionibus incipiētib⁹ a q lřa.ut absquo uis homine & ēt cōponit cū dictionib⁹:q̄ incipiūt a c sequente.o.&.n.ut abscōdo & sequēte:i. & d.ut abscido.&.t.ut abstineo. Trigessimaprima regula:quando aliqua dictio incipit.a.c.uel ab.f.a.p.uel.a.t.uel ab.s.uel ab.i.consonante:tunc semper hec prepositio dis mutat cū his dictionibus composita ut discumbo discutio:sed quando iungit dictionibns: incipientibus ab.f.tunc dis mutat in.f.& talis dictio scribitur duplici.f.& tunc seruat suam uim ut distraho & in s ut dissipo scribit tamen duplici s ex compositione s & sapio.in dictionibus incipiētibus a consonante i non mutatur in aliud ut disiungo. Trigessimasecunda regula hec prepositio di preponitur omnibus consonantibus in cōpositione augentibus suum significatū:preterq̄ supradictis:quibus preponitur dis ut diruo diluo digero & cętera id genus. Trigessimatertia regula:hec prepositio trans quando cōponit cū illis dictionib⁹ in quib⁹ includit hec lřa s d n & i & s semper perdit ultimā lřam ut traduco:quod componit ex trans & duco tranno ab ex & tranno & traiicio ab trās & iacio. Trigesima quarta regula:quando hee due prepositiones scilicet circum & circa composite fuerint cū dictionibus incipiētibus a uocali tūc ita debent pronunciari ut uideantur una dictio:& nō plures : ut cum cōponitur hec dictio circum ago ex cum:circū & ago pronuncietur unisone ut circumago nulla uel mora correpta facta in medio dictionis uel collisione ut circum eo & hoc ubi erit eadem uox unum significatum indicans:quando uero sunt due ut circū amit to : tunc non est inconueniens dictionem proferri sub diuersis partibus orationis. Trigessimaquinta regula quando hec prepositio in iungitur prepositionib⁹ incipientibus a c tunc semp.n.mutata in.m.ut comedo quod componit ex con & edo.in omnibus aliis.m.fere auget nec mutatur in aliam litteram ut in cedo : & introcludo. Trigessimasexta regula quando hee littere.d.r.i.s.b.c.includuntur in compositione aliquorum dictionum tunc non mutantur in alias lřas:prepositis prepositionibus:ex quib⁹eis accidit cōpositio.r.ut dirimo redimo comedo comburo sicubi utinā.

¶ Trigeſſimaſeptima regula:genitiuus & datiuus ſingularis : no-
minatiuus & uocatiuus pluralis declinationis prime producũtur
diphtongo ideo & ſcribuntur per ae caetera greca:& latina pote-
ris cognoſcere quomodo ſcribi debeant uel a deriuatione uel ab
auctoritate uel ab ipſa poſitione quam facile ex medio accentu co
gnoſces : que relatiuum ſcribitur cum diphtongo.infinitiuus mo
dus de fero fers duplici.r.preteritum imperfectum de uolo dupli-
ci.l.modi optatiui & ſubiũctiui fere aduerbium ſemper ſimplici.r.
pre cum diphtongo niſi ſequatur uocalis ut preuſtus.uel.m.ut pre
mo:cre ſemper cum diphtongo ut credo:quatuor cum duplex.t.
cetera tibi greca & latina certi auctores oſtendent que uero recipi-
unt in principio epſylon ut ſyllaba:uel in medio ut hieronymus
horum nulla eſt ratio niſi antiquorum auctoritas. ¶ Trigeſſima
octaua regula:nomina greca quibus eſt oe diphtongus in princi-
pio apud latinos cum.ph.ſcribi debent ut phoebus:& greca : qui-
bus eſt in principio ypſylon:ea latini aſpirant ut hydra:greca qui-
bus eſt.r.in principio dictionis ſequente uocali tunc inter.r.
& uocalem ponitur.h.ut rhenus.ſi uero fuerint latina non aſpirã-
tur ut remus uel romulus:latina nomina qbus eſt ir.ſillaba in pri-
cipio dictionis ante hanc ſuſcipiunt aſpirationem ut hyrcus : gre-
ca nomina que poſt.i.in principio habent duplex.p.ante.i.eſt.eis.
aſpiratio ut hippolitus:quibus uero poſt.i.eſt duplex.p.tunc talia
ſcribuntur per.ph.ut philippus:nominum articuli : ſcribũtur cum
aſpiratione.ut hic hec hoc.& ab eis deſcendentia aduerbia hinc
hunc hac:que uero ſunt ab his compoſita non aſpirantur : ut illic
iſtic:& aduerbium ad huc:q̃uis ſit compoſitum tamen aſpiratur:
latina nomina & greca:que habent in principio uocalem produ-
ctam quo uis modo:habent aſpirationem ut heracles:hercules he
ſternus ab heri & herus : & qbus eſt er.in principio ut predixi:her-
cules:ſequente qua uis conſonante. Nomina qbus poſt.o.in prin
cipio eſt duplex.r.aſpirãtur ut horreo:& quibus eſt.e.in principio
littera uocalis breuis hanc eandem aſpirationem ſuſcipiunt ut he
lenus:non tamen elis urbs eliſſa:& elephas:& quibus eſt.s.poſt.e.
uel.i.uel.o.aſpirantur:ut heſperus.haſpidus:& hoſpes. ¶ Nomina
que uis quibus eſt in principio.e.poſt.i.uocalẽ aſpirant ut hiems.
ubi uero eſt.e.poſt.i.conſonans non aſpirantur ut iecur. ¶ Nomi-
na quibus eſt.o.ſequente.m.aſpirantur.ut homo preter:omen uel
c.ut oculus : uel.r.ut oratius:& quibus poſt.o.ſequitur.n.ſimiliter
aſpirãtur ut honos:preter onus:& quibus eſt.i.poſt.a.in principio
ut harena:non tamen ara pro altari in quo diis inferis ſacrificari

ſolebant

solebant antiqui sed bene hoc fit pro stabulo porcorum hoc non recipit arista:uel arion grecum.¶ Nomina quibus est.t. post or.aspirantur ut hortus horti abholere ortus ortus ortui ab orior sine aspiratione & greca quibus est.e.ante.c.ut hector:& latina quibus datur.b.post.i.ut hibernus:nõ tñ ibi aduerbium: aut ibis nomen & que descendũt ab hoc uerbo imbeo aspiro talia sunt habitus in principio & in medio ut prohibeo:& que habent.b.post sillabam er.ut herba & que habent e post eandem:ut hereo : que tamen uel auctoritate uel dipthongo longa est : quibus tamẽ post.i. uocalẽ datur.l.talia non aspirãtur ut illum exceptis quibusdam barbaris ut hyllaris.¶ Nomina que habent.d.post.or.sillabam:nõ aspirantur:ut ordo non autem hordeum.¶ Nomina que habent in principio sui.i.consonans:preter hoc nomen hiatus:non capiunt aspirationem ut ianus:nec quibus post.i.consonantem:sequitur.u. ut iuno:nec q̃ habent in principio sui.au.diphtongon ut audax : haud tamen aduerbium pro non aspiratur:& haurio uerbum: & heu interiectio non autem ubi.e.uocalis precedit.u. consonantem ut euander : que post.a.uocalem habent.m.in principio dictiõis nõ aspirãtur ut amicus:preter hamus hec in genere de orthographia cetera quere alibi si placet.

## ¶ Dionisij Apollonij Donati octo partium orationis. Liber Sextus de Aduerbio.

¶ Nunc que pars est: aduerbium est:quare est aduerbium:quia stat iuxta verbum : ⁊ semper nititur verbo.¶ Aduerbio quot accidũt tria:que:species:significatio ⁊ figura . ¶ Clam qualis speciei est : primitiue:quare quia a nullo deriuatur.¶ Clanculum qualis speciei est : deriuatiue : vnde deriuatᷣ a clam . ¶ Nunc qualis significationis est temporis.¶ Da tempo ris:vt hodie heri nũc nuper cras aliquando olim tunc quondam:

¶ Nunc que pars est : aduerbium est : aduerbium est una ps oratiõis : octo partium ab omnibus distincta qa ipsa oratio tota in qua ponitur aduerbium resoluitur in aduee bium ut in unam oratio nis partem:sicut & in ceteras resolui potest distinctas a qualibet illarũ partiũ ex quibus oratio conficitur:quia est pars integralis orationis:non autem essentialis & iõ non

¶ Q̃uõ distiguiᷣ aduerbium ab aliis p tib⁹ orõnis.

ex necessitate ē una octo partiū oratiōis quia oratio potest fieri sine aduerbio & pfecta quo ad cōstructionē. sed qa quandoqꝫ aduerbiū in sui ītellectu ex cōstructione cōfusum est ad euitandam hanc uerbi indeterminationē inuentū est aduerbiū quo determinaretur uerbi cōfusio ut si dixero curro. nescio an bene uel male addat ergo uerbo bene uel male. & iō dicit aduerbiū quia stat iuxta uerbū. idest ē pars indeclinabilis qa desūt ei accidētia partis declinabilis. ut puta nūerus casus psona pcipue illa duo. s. numerus. & casus. ex qbꝰ aliqua pars declinabilis conficit. & semp nititur uerbo qa exprimit mētis cōceptū ex in hesione q̄ habet aduerbiū ex se confusum: qa aduerbiū significat mētis cōceptū unū specificū nō particularē. aliter oīa aduerbia particularia haberēt idē significatū quod sequit mētis cōceptū quod fieri non potest. qa diuerse res habēt diuersos conceptus. & significatū distinctum per modū fieri. & cū differētia tempoꝝ in aduerbio ipsum enim determi

¶ Quare aduerbiū inuētum est.

iam semper mane modo ꝛ dum. ¶ Da loci vt hic vel ibi: illuc vel inde intro vel foras intus vel foris. ¶ Da negandi vt non nihil nec neqꝫ haud minime nequaqꝫ. ¶ Da qualitatis vt bene male docte pulchre fortiter suauiter. ¶ Da quantitatis vt multum parum modicum minimum maxime ꝛ satis. ¶ Da comparandi vt magis minus plus tam ꝛ quam. ¶ Da ordinandi inde deinde deinceps continuo protinus interea propterea. ¶ Da discretiui secus seorsum separatim secreto sigillatim trifariam multifariaꝫ. ¶ Da remissiui vt vix paulatim pedetentim fere ferme. ¶ Da affirmādi vt profecto quippe videlicet: quidem quidni. ¶ Da intentiui vt valde prorsus nimium penitus ꝛ omnino. ¶ Da numeri vt semel bis ter quater miles toties quoties. ¶ Da iurandi vt edepol castor hercle medius fidius. Da interrogandi nunquid cur quare quamobrem. Da personalis meatim tuatim suatim nostratim ꝛ vestratim. Da dubitandi forsan forsitan fortassis ꝛ fortasse. ¶ Da similitudinis quasi ceu sic sicut sicuti velut veluti vt vti ꝛ ita.

¶ Da prohibendi vt ne. ¶ Da optandi vt vtinaꝫ o si. ¶ Da vocandi heus. o. ¶ Da hortandi eia

age agite. ¶ Da euentus forte for tuitu. ¶ Da congregandi simul vna pariter. ¶ Da demõstrãdi en ecce. Da diminutiui clãculũ belle Da eligẽdi potius imo. Da sup latiui maxie minime doctissime.

nat uerbum & participiũ que sic rem suam significant ut cũ dico ambulo. uel incedo sapienter uerbum significat p modũ fieri aduerbium uero dicit determinationẽ ipsius fieri & hic est ꝓprius significandi modus aduerbii. non tñ ita ꝙ solum determinet uerbum quia etiam potest determinare participiũ. q̃uis dicat auctor & priscianus ꝙ aduerbium est pars orationis que adiuncta uerbo significatum eius explanat. tamen non dicit. solũ illius scilicet uerbi significationem explanat. idest determinat. quia ita possum dicere fortiter currit. sicut & fortiter currens. & ratione actus uerbi ut bene uel male & ratione modi ut utinam fierem cęsar & ratiõe temporis. ut olim sibenicum fuit gloriosa dalmatie ciuitas. nunc uero non factionibus popelli & ratione numeri ut bis uel ter & ratione copulationis uerbi ad suppositum ut cũtingenter homo fit diues. que omnia etiam conueniunt participio & huic. ideo hic significandi modus non conuenit aduerbio ratione solius uerbi nisi ea ratione qua determinat rem per modum enunciabilis de alio quia ei accidit hec compositio participii uero rem determinat ratione actus quem importat ut dictum est in capite de participio. unde non equaliter determinat hec duo nisi ea ratione qua ambo significant rem suam per modum fieri quod est equale in uerbo & participio. nec potest determinare nomen quia habent hec duo diuersos modos significandi. ratione quorum inter nomen & aduerbium est maxima repugnantia. quia nomen significat rem suam per modum habitus. & aduerbiũ significat illo eodem modo per modũ determinantis illud quod significat rẽ suã per modũ fieri. cũ ergo nomen significat rem suã per modũ habitus aduerbiũ nõ potest determinare nomen. sed diuersa noĩa adiectiua determinant nomen substantiuũ ratione diuersoꝝ que sũt in ipso. & ideo quando dicitur. tãtum uerum opponitur falso hoc aduerbium tantum non determinat falso. ac si esset nomen. sed ut est aduerbium subiecti. uel eius participii dicitur tantum ens quod isti uerũ opponitur falso. sicut etiam cum dicit hic incedit superbe. hoc aduerbium superbe non determinat uerbũ. sed hoc pronomẽ iste. & ideo non sequitur nomẽ determinat uerbũ ergo aduerbiũ potest determinare nomẽ & hoc recte. qa aduerbia sunt

Qualis ẽ modus significãdi aduerbii.

¶ Sibenicũ dalmatie urbs & ciuitas. olim clara.

dictiones sinchatechorematice saltem se ipsas significãtes: offitiũ uero earum nõ est earum significatum precisum quoniam hoc respicit ea:quibus iungitur solum.¶ Aduerbio quot accidunt tria: species significatio & figura:species in aduerbio est proprietas deriuandi ab aliquo uel a nullo:primitiua est que primarium eius significatum ostendit:deriuatiua que secundarium:& hoc bene qa dantur quedam aduerbia que significant rem suam ut habentem modum essendi qui modus est in natura primitiua alia sunt secũde operationis:que scilicet significant rẽ suam:declinatione a sua natura primaria:ut sępius:& ideo dantur aduerbia speciei primitiue:& deriuatiue.¶ Quare species q̃uis accidat nomini: potest tñ accidere & aduerbio que cum sint diuersa: earum proprietates sũt diuerse:in numero non tamẽ in specie ut nix:& coruus:sunt diuersa subiecta:tamen utriusq; est eadem in specie proprietas: puta albedo:non tamen in numero:sic dicam de specie: eo magis quod est accidens commune utriusq;:quorum aduerbiorum species uarie sunt a uariis partibus orationis deriuate a nomine ut sedulo & subito a pronomine ut qua quo a uerbis ut dic age a participiis ut profecto a prepositionibus ut ante a coniunctionibus ut quando ab interiectionibus ut heus: & hec aduerbia his que diximus cõmunia sunt:que sunt speciei deriuatiue fiunt a nominibus tribus modis aut a propriis ut a uirgilio uirgiliane aut a rebus ipsis significatis per uocem ut ab hostio hostiatim:aut a nominibus appellatiuis. ut a duro duriter:a pronominibus ut a meus meatim a cõparatiuis & superlatiuis ut a doctiore doctius & doctissime: & ad augendã & minuẽdã eoꝝ significationẽ ut maxime rite:minus rite:& qa nõ oĩa aduerbia possunt exire ad hoc p oẽs gradus: sũt & diminutiua aduerbia ut a lõge lõgiuscule nõ autẽ semp a superlatiuo:& a uerbis ut a curro cursim deriuanť etiã a pticipiis ut a negligẽte negligẽter:q̃uis hoc potius uideať esse nomẽ q̃ participiũ ¶ Nunc qualis significationis est:temporis:significatio in aduerbio est qualitas que unum aduerbium per suam significationẽ ab alio discernit:partes cuius declarabimus inferius:figura dicitur sicut & in nomine:quia simplex est que unam rem continet ut diu: composita que duas ut interdiu:& est ex arte non naturalis: & q̃ hec accidat aduerbio patet ex ipsius diffinitione significatio non accidit sibi quia non est eius modus essentialis quia ipsum potest esse in sua specie quum significat aut tempus:aut locum dicitur tñ ei accidere nõ per se:sed per accidẽs ex determinatiõe quã inspicit a uerbo uel actu alicuius agẽtis p uerbũ: significate cui iungitur.

¶ Varie aduerbii spẽs.

¶ Nunc ergo qualis significationis:temporis:quid significat scilicet nunc temporis:est temporis mensura:quia hoc est maxime notum in tempore qa sicut per ipsum mobile cognoscimus prius & posterius in motu:sic per nunc cognoscimus prius & posterius in tempore:quod est mensura motus:secundum prius & posterius: quia his duabus proprietatibus ablatis aufertur tempus ut distinctio prioris a posteriori cognoscitur per uaria nunc que sunt idem secundum substantiam:diuersa tamen secundum esse:respectu eorum que per illud mēsurantur. ¶ Da temporis:ut hodie:da dic: ad uerbia que significant tempus:hodie significat tempus finitum.& nunc:quandoq; infinitum. ¶ Heri tempus preteritum significat a quo hesternus:ambo deriuantur ab ultima parte noctis : significata per stellam que tunc apparet:post solis occasum que dicitur hesperus:uespera:uesper:uel uesperum : maro . Ante diem clauso: cōponet uesper olympo. ¶ Cras a quo crastinus . Virgi.nunq̄ te crastina fallet hora. ¶ Olim quintilianus:olim illam felicitatē desiderantibus significat & presens:& futurum forsan:& hec olim meminisse iuuabit & preteritum apud poetas:& oratores hoc idē seruatur. ¶ Diu significat longum tempus ut diu studui ne dicas diu recessi:aut equum ascendi:sed nuper:sic dicamus & de iā diu uxor est mihi ducta:& iam diu hoc factum est passiue:unde nota primo ꝙ dicit laurentius ualla ne in uerbis significantibus actionem momentaneam utamur his aduerbiis ut non dicas iamdiu duxi uxorem sed iam pridem uel passiue ut dixi:non actiue . ¶ Aliquando est aduerbium quod nec certam rem:nec finitum tempus ostēdit accentum habet ex hoc in antepenultima sicut & bene quando iūgitur aliis partibus orationis:pronunciatur graui accentu : per se positum acuto:unde taceat quidam mamotretus:qui dicit ꝙ aliquando antepenultima producitur:& penultima corripitur quando fit oratio soluta non autem pedestris o rudem hominem:non ne accentus sillabarum pedestres debent ubiq; seruari hic faciunt & quidam ecclesiastici apud latinos qui omnem barbariem acceperunt a transalpinis fratribus quibus nunq̄ uel raro est optimus sillabarum accentus : ut cum dicunt a longe o corripiunt:& ī multis insipiunt. ¶ Quando pro quoniam : Virgilius . Hic tibi fabor enim quando hec te cura remordet:& quando quidem hoc idem significat:iuuenalis:quandoquidem sunt ipsis data hec quoq; fata sepulchris. ¶ Iam pro tunc.Cicero.Iam neminem antepones catoni:aliquando est festinanter aduerbium.Terētius.ego iam prospiciam mihi hortantis & maxime increpantis. Maro.iam nūc diua

¶ Per q̄d cognoscit pri⁹ & posterius ī motu & ī tpe

¶ Errat mamotretus.

precor:interdum pro modo siue nunc idem:at puer ascanius: mediis in uallibus acri:gaudet equo iamq; hos cursu:iam preterit illos:significat & preterea ut quidam nodus est quo iunguntur sententie:idem iam maris immensi prolem:& genus omne natantū iam pelagi uarias uolucres:hoc idem facit coniunctum cum uero cicero:iam uero urbibus constitutis:quando uero geminatur tūc idem significat ac mox:& repente:ut iam:iam ueniam:iungitur tēpori presenti ut resoluatur in futurum.maro.iam iamq; manu tenet & premit asta:quasi dicat:mox & cito tenebit: & nunc tenere uidetur:quandoq; significat indignationem:ut iam iam maxima iuno:nec saturnus hec pater aspicit equis oculis:aliquando significat commiserationem.ut iam iam uideo casū nostrum & exhortationem quintilianus.iam iam milites fortissimi:nunc est pugnādum olim:iam ab hoc componuntur pro iam dudum: iam olim a principio id statueram:& pro aliquādo maro:ut iam olim seras posuit cum uitia frondes:& pro iampridem:quintilianus olim iā imperator interfulgentes uirtutes tuas liuor locum querit:hoc est a longo tempore:significat & iam tum idest ex eo tēpore:plautus iam tum accepit uirginem amare:iam tum pro tātum:& iam pro iam tum:ab hoc etiam deriuantur iamdudum:iamdiu.& iampridem a pridem:quasi prius die quod aliquādo significat longo tēpore:modo paruo:de lōgo apuleus:quod pridem plato affirmat: de paruo plinius:ipsi uero pridē uidimus ea omnia preter pubertatem in filio cornelii taciti equitis Romani:hoc idem significat iampridem quod deriuatur ab eo dudum:& iamdudum: nuper & iam diu hec dicuntur de paruo tempore:nuper hoc dixi dudū ueni:iamdudum te expectaui iam pridem ueni:a nuper uenit nuperrime idest nouum & recens: & nuperne:& nuperime lōgum etiā tempus significant macrobius hoc econuerso:iam dudum ab aristotele proposita est & soluta hec questio: aliquando iam dudum & iam pridem a poetis ponitur pro continuo. Virgilius.iam dudum sumite pęnas.¶ Semper continue idest sine interuallo a quo sempiternus & sempiterne:sempiternus deus est:cui est nullū principium uel finis:eternum est:quod habet principium non tamen est immortale atq; perpetuum.Terentius:ego deorum uitam propterea sempiternam esse arbitror q uolūtates eorum sunt proprie malo tamen contrarium sentire his faceciis poetarum:sed nō poetarum uerum enimuero grammatistarū arridorum q eterni sunt dii:quamuis & sempiterni dici possint:hii enim ignorant uere qd sit tempus eternum & euiternū: de quo pluribus in locis logices

¶ Mala grāmatistarū expositio de eterno & sempiterno.

& phylosophie tetigimus in nostris commentariis. ¶ Mane a prima parte dici aduerbium quasi bene & est annunciatis. Modo qn̄ habet. o. finalem litteram correptam significat tēpus presens: uel mox. ¶ Protinus preteritum: uel nondum futurum: uel statim futurum: ut modo hoc facio: modo huc intraui: modo hunc librū legebam: modo hoc faciā: a quo fit & a modo idest post hac apulegius a modo nemo me summo mane egredientem uidebit solū capitur aliquando & pro tātum ut tace: a modo a quo solum modo: & tantum modo: dum pro quando. Virgilius. multum quoq; & bello passus dum conderet urbem. aliquando pro donec: ut tādiu studebo dum fiam doctus: & pro dummodo ut multum sum passus in dalmatia dum benefacerem: & pro postq̄ si iungitur cū preterito subiunctiui. martialis. audias dum grande sophos a dū fit dummodo pro dumtaxat: uel solummodo: & nondum: & nec dum: pro non adhuc: aliquando est dictio expletiua ut age dum: adest dum. ¶ Da loci: dic aduerbia que significant motum ad locum: uel in loco: uel ad locum per locum: de loco usq; ad locum: locum uersus hic uel ibi: hec scilicet sunt: que uario modo locum significant hic: & pronomen personam presentē: istic & iste audiētem ille & illic remotam ab utroq;: abutroq; significat & ut dixi aduerbia ab his deriuata: hoc idem significant q̄uis non personā significant solum. tamen significant locum cum personam: uel locum ipsius: sic dices de aduerbiis significantibus in loco: de loco: & ad locum: & cęteris in quibus semper uersus postponitur. usq; ponit̄ indifferenter: de appellatiuis quomodo significant in loco de loco p locū cū in cū de cū p cū ad uel in: in casibus quibus deseruiūt hee prepositiōes. qūo significāt in loco & cętera id genus. ¶ Noīa regionū hoc mō sicut apellatiua. ut sum in italia. uenio de italia. uado in italiā. p italiā. in italiā uersus & usq; in italiā. ¶ De noībus ppriis urbiū prime & scđe declinatiōis. ut sū Rome uenio Roma. uado Romā. usq; Romā. Romā uersus. & p locū in abltō sic dices. & de noib⁹ declinatiōis tertie. pter q̄ in loco de loco & p locū significāt in abltō sine ppositiōe. qn̄ uero hec noīa ponunt̄ sine ppositiōe. ponūt̄ aduerbialr. qm̄ pn̄t ēt poni iuxta regulā absolutoꝶ cū ppōnib⁹ & uerbis significātib⁹ motū de loco. & ad locū ut uado ad Romā & uenio đ Roma. ¶ Da negādi ut nō. nō aliqn̄ pponit̄ ut n̄ faciā hoc. aliqn̄ postponit̄ seq̄nte alio sēsu ut tu studs ego n̄ studebo. ¶ Nihil p apochopē a nihilo qđ ē n̄ aliqd qđ deducit̄ a hilo qđ ē illđ nigrū. qđ adheret i sumitate fabe. qđ p breui. & exiguo usurpat̄. & sic nihilū & nihil quasi nehilū qdē. & nil

¶ Contra cātalicium.

etiam per sincopem:per suis ex nihilo nihil: in nihilum nil posse reuerti nec & non neq̧ resoluuntur in copulam: & negatiuã idest in.in.& non:ut non feci hoc:neq̧ facerem:sed quando sequitur.n. uel uero:tunc habent uim simplicis negationis:ut nec enim uel fa cerem:idest non enim facerem. ¶ Nec pro etiam aliquando poni tur:quintilianus:persolui gratia non potest nec malo patri: hinc cicero pro etiã raro uel nunq̃ utitur:sicut fecere posteriores. ¶ Ha ud est dictio & aduerbium negandi: sicut & non: haud quaq̃ ne- quaq̃:nec ne minime unde due negationes plerũq̧ affirmant ut nemo non legit:idest omnis homo legit & non nullus:idest aliqs tres uero aliquando non plus faciunt q̃ due ut nunq̃ mihi nõ pro fuisti nec obfuisti: idest mihi quidem:nec profuisti: nec obfuisti: nequaq̃ pro non:unde & neq̃ indeclinabile nomen quasi nullius precii. ¶ Minime aduerbium & minime superlatiuum animus mi nus est comparatiuum generis minor communis deducitur a pa- rum quia dicimus habeo parum pecunie: non autẽ paruum: & iõ cum dicimus minus pecunie habeo:id minus non a paruum: sed a parum deducitur:minus etiam significat non: quando iungitur cum sim:& quando iungitur cum quo ut sim minus idest si non & quo minus idest non sicut:quo secius etiam pro non. ¶ Da qua litatis ut bene:dic uariationem aduerbiorũ:& terminationẽ quali tatem significantium: quia hoc dicitur qualitas uel figura: in ad- uerbio quia quedã terminant̃ in.a.ut ita.in.e.correptam:ut nem pe:quippe productam:ut docte:que deriuantur a nominibus:p̃ter bene & male:& in omnes alias consonantes & uocales:que ex eo dicentur esse huius significationis quoniam qualitatẽ declarabũt. ¶ Da quantitatis ut multum & multo:a quibus & millessima pars pro quantitate infinita:lucilius q̃ paruula pars q̃ multissima cõstet parum a parte deducitur:quod significat modicum: a quo paulũ: & paululũ:& parumper pro modico tempore:plautus:expecta hic parumper:quandoq̧ pro paulatim. Virgilius: pulsusq̧ parumper corde dolor:pro parum:paulisper:& paulatim paucum:pauculum pauxillum:paucitas:paucies:pro raro:apud ueteres:Terentius uxo rem meam paucies uidebis a parum paruus & paruulus:a quo par uitas & paruifacio:paruipendo pauperies paupertas & cetera id ge nus. ¶ Modicum parum.plautus edepol id modicum curat:& mo dice moderate idem modice sapis:hec deducuntur a modico q̧ si gnificat paruum & pusillum:minimum a minimo superlatiuo:& minime deducuntur a minus.quod quando est comparatiuum a parum neutri generis fit sicut minor utriusq̧ sexus: aliq̃n a parũ

ut cum

¶ Due nega- tiões negant tres affirmãt

¶ Minor un- de deriuat̃.

ut cum dicimusminus habeo ideſt parum pecunie.non paruum: quia cum dicimus habeo pecunie minus id minus non deducitur a paruum : ſed a parum de quo ſuperius dictum eſt & alibi de hoc plura:ſatis & multum hoc diſtant multum eſt infinitum ſatis fini tum lucilius nam ſi quid ſatis eſt homini:maxime uehementer & maiorem immodum . ¶ Da comparãdi ut magis ideſt plus a magnus quod per grande ſignificat plus ideſt eſt quod multũ & aliquid ultra ex comparatione ad id ratione cuius fit oratio tã a quo fit tantum:quod ſignificat ſolummodo & tantus nomen ſignificans quantitatem quandoq; eſt nomẽ demonſtratiuum: ut tantũ quantum potui preſtiti tibi hec plautus.modo eſt relatiuum.Virgilius:tante molis erat Romanam condere gentem : & tantum quid modo ſignificat:uſq; adeo non ſolum: a quo tantummodo: tantundem tandem:poſtremo tantiſper quod ſignificat tamdiu & poſtulat dum pro donec ſiue q̃diu.Terentius:ego tantiſper dici uolo meam:dum id quod uolo facis:& tãtopere quod ſignificat tantum tam uehementer qua & donec accipitur dupliciter uno modo pro quo uſq; ut dabo operã uirtuti donec moriar : hoc eſt uſq; ad mortem : modo pro q̃diu: ut te diligam donec uiuã:ideſt q̃diu uiuam:id idem ſignificat dum terentius eleganter abeſt ab officio capitur pro non ſolum non eſt:uerum etiam nihil poteſt eſſe officio magis contrarium.q̃ notat comparationẽ ut ſum doctior q̃ tu modo quantum:ut q̃ bene marmoree directa eſt ſemita porte:ideſt quantum bene:aliquãdo ualde ut quintus curtius traiecto q̃ celerrime flumine locum occupat:ideſt q̃ celerrime: q̃ quãdo ſignificat quantum iungitur poſitiuo:q̃ mortui ſunt qui amãt cicero pro ualde:requirit etiam ſuperlatiuum:cicero cũ quo ſemp q̃ familiariſſime uixit:tamen quando q̃ iungitur huic uerbo poſſum : queo ualeo licet:& his ſimilia ſignificat quantum:& iungit ſuperlatiuo quintilianus:que omnia non ommittenda ſed narrãda q̃ breuiſſime poſſumus:ubi etiam ipſum quantum q̃ frequentiſſime ponitur cicero niſi q; tanta eſt inter eos quanta maxima põt morum ſtudiorũq; diſtantia:q̃ nunq̃ iungitur comparatiuo unde quidam male ſcribunt.q̃ plura pro complura & narraui rem geſtã q̃ breuius potui pro q̃ breuiſſime:& q̃ pro ualde nũq̃ poſitiuo aut comparatiuo:ſeu poſitiuo:ſed ſuperlatiuo iungitur:per pro ualde nunq̃ requirit comparatiuum aut ſuperlatiuum: ſed poſitiuum ut per pulcher: per doctus.¶ Da ordinãdi ut inde deinde:inde ab in deducitur.ut inde omnia mala fluxerunt ꝑ a quo uel cauſa cuius. Deinde ideſt poſtea perinde quod ſignificat ita:qñ habet poſt ſe:

¶ Satis multum.

¶ Virgilius.

Quintilian⁹

actuel si:uel atq3:uel atq3 si:ut fac perinde ac si tua res esset pro ita: uel quasi:aliquãdo tantum:cũ sibi adest negatio:Suetonius nulla tamen re. ¶ Perinde motus q̃ responso mathematici:quãdo uero post sibi non iunguntur:ac si uel atq3 tunc significat ita : quod est multum:ut Suetonius:quare aduẽtus eius nõ perinde gratus fuit perinde id est:ideo uel qua propter:quod semper dependet ex superiori sentẽtia:subinde crebro:& cũ quodam interuallo:Plinius tales:tum etiam uiatores erant quibus id ipsum nomen inditum subinde ex agris: seiunctũ : ducesq3 accersentib9:dein:pro deinde: sicut pro in & sub in:pro inde:& sub inde : a quo deinceps : quod aliquando capitur pro deinde:prope significat gradatim : quasi p singula capita:exinde:& exin:ab eodem deducuntur:& significãt deinde:quidam tamen dicunt q inde non deducitur ab.in.sed ab is.pro nomine ab in fit aduerbiũ intus:cõtinuo iugiter:aliquãdo in eternum . Virgilius continuo has leges eternaq3 fędera certis imposuit natura locis prope tamẽ significat sine aliqua temporis intermissiõe: Plinius quod mãducetur continuo Gingiuas sonat: quod si negatio addatur tunc idem fere significat : q non adeo: Cicero:at si ille:sed non saluti huic ciuitati fuissent non continuo: si quis motus a populo factus fuisset:a quo fit continuatio.i.pseuerantia:que a quibusdam dicitur cõtinuitas & cõtinue pro assidue: & pseueranter:protinus statim:protenus.a longe quasi porro tenus Virgilius protinus ad regem cursum detorquet hiarbam : aliquando pro consequenter:deinceps:idem : protinus aerei melis: quandoq3 pro iugiter : & continue : maro traiecto : missa lacerto protinus hasta figit : aliquando pro longe : porro:idem : cornuq3 recuruo tartaream intẽdit uocem:quia protinus omne:aliquãdo pro ualde:ut idem en ipse capellas protinus eger ago & pro omnino sicut penitus:idem:cum protinus utraq3 tellus una foret : qñ uero ei additur negatio:significat non ideo:ut fit in continuo : & statim:Quintilianus:continuo si ille stulte cogitauit nobis quoq3 stulte dicendum est : idest non ideo interea & propterea : interea dum scilicet hec fiunt : interuallum actus alicuius agentis significat:& interim quod quandoq3 ponitur pro aliquando ut Quintilianus quod aliud uitiosum est interim:aliquando rectum est:propterea ob hanc causam:uel ob eam causam:& qua propter: idest p pter quam causam a prope . ¶ Da ordinandi hec aduerbia ordine quodam actum alicuius agentis in propositione uel oratiõe indicant. ¶ Da discretiui secus aliter unde haud secus dicimus idest nõ aliter:a quo secius:quo modo capitur pro suo positiuo : modo si-

¶ Suetonius

¶ Suetonius

gnificat minus uel tardius: Virgilius nec setius omnis in unguē. Arboribus positis: secto uia limite quadret: aliquando secus, ꝓpositio est & significat iuxta ut secus uiam: hoc est: quod est immediate: idest sequatur uiam: & secundum ꝙ immediate sequitur primū idest quod secundo loco est: & ideo etiam aduerbialiter capitur pro iuxta: quia quod secundo loco est: iuxta est seorsum ab aliis diuisum separatim: & separate id idem dicunt secreto: & secrete tacite a quo & homo dicitur secretus cui secreta committuntur sigillatim: hoc est separatim & unumquodq; per se lucilius: unusquisq; nostrum trifariam tribus modis: multifariam multis modis & dicuntur aduerbia discretiua quia quid discretum significāt separatim actum agentis in agendo. ¶ Da remissiui ut uix. da dic. aduerbia que significant remissum mentis affectum in agendo & actum uix a ui deriuatur quasi cum ui: ac difficultate. Terentius: uix retraxi filium: ab amore ancille: aliquando ad tempus refertur: ut quos sidonia uix urbe reuelli: aliquando pro mox. ut uix econspectu sicule telluris ab alto: leti uella dabant. ¶ Paulatim remissum actum agendi. ¶ Pedetentim: tarde lente: paulatim. Cicero: sin minus sensum erit: pedetentimq; faciendum: fere & ferme: fere festinanter: & acuitur ultima: & parum abest: quin quasi continue ferendo: & ut Varo inquit: quod id quod feratur est in motu: ut fere hominem occidit. hoc est parum ob fuit. quin occideretur: quandoq; significat quandam uniuersalitatem. ut cum huc ueneris me fere studentem inuenies. idest omni tempore. & pro semper Quintilianus. in omnibus fere minus ualent precepta ꝗ experimenta. ferme eiusdem significationis est cum fere. Terentius. iam ferme moriens me uocat idest cum parum ab esset. quin moreretur. ita tamen aliquando hee due particule ponuntur in oratione. ut necesse sit intelligere quandam uniuersalitatem. Plinius hoc ferme accidit. ut eo tempore lasciuirent greges. idest fere semper. ¶ Da affirmandi dic ea. scilicet aduerbia. quibus affirmamus. que fieri uolumus profecto pone certe: Quintilianus quippe sub uno parente nature cognitio est. Cicero. ¶ Nempe apud eum qui hoc sciret ponitur nempe aliquando sine interrogatiōe. Oratius nempe hoc quesiuisti. sane hoc idem significat. q̄uis aliquando ponatur pro ualde iunctum superlatiuo suetonius. bellū sane difficillimū gessit. quandoq; ꝑmisiue. Quintilianus. tulerit sane filius noster merito penas. certe etiam affirmatiue ponitur. tamen pro saltem. ut si nō legere. at certe uidere librum cupio. quādo ei iūgitur. at quippe hoc idē signi-

¶ Terentius.
¶ Plinius.
¶ Oratius.
Quintilian⁹

Virgilius. ficat ꝙ saltem. Virgilius at messapus erit: certe etiam quando ei iungitur & certe etiam: quando ei iungitur & semper affirmat ci- Cicero. cero & certe Cęsarem: est ingressus armatus: eodem modo & sa- ne: Quintilianus & sane: quis concipiat uel declinantis habitum: uel orantis uocem: quando uero hoc aduerbium iungitur cū hoc uerbo scio: mutat. e. in. o. cicero & certe scio: uidelicet audeo quasi uidere licet: sicut scilicet scire licet. Virgilius scilicet is superis la- bor est ea cura quietos: sollicitat: & illicet quasi ire licet: ueluti iā finis rei sit plautus: illicet hoc curo: capitur & pro statim. Virgili⁹. illicet ignis edax summa ad fastigia tecti uoluitur: quidni hoc idē significat: quod certe & uidelicet. Da intentiui aduerbia grandē mentis affectum indicantia & agentis actum ualde multum: mar- cialis ualde iustium periculosum est. hinc ualentes dicuntur. uel sa- Vulgus in- ni uel robusti non ut uulgus indoctum putat eruditi hinc etiam doctum. beneualere sanum esse quasi bene posse ut qui potentes & ualidi sunt: sani sunt etiam: qui uero impotentes dicuntur inualidi idest male ualentes nimium: hoc est plus & satis: sic & nimis ideo: dicū tur aduerbia augēdi prorsus quasi porro uersus. seu porro uersum idest recte & uerre. Terentius: eo pacto prorsus illic alligaueris fili um: modo omnino significat: Neuius prorsus & a radicibus euul sa est arbor: quando uero est nomen significat rectum: unde prorsi dicuntur limites: in agrorum mensuris qui ad oriētem directi sūt penitus a penes deducitur quia id dicitur esse penes nos: quod est penitus reconditum quod dicit personam locum & potestatem: ponitur aliquando pro longe. Virgilius: penitusq; alias aduexe- rat oras: & pro ualde idem penitusq; sonantis accestis scopulos: omnino ab omnis quod significat prorsus: unde apud iurisconsul tos omnino recesisse dicitur is qui recessit animo permutandi do micilium. Da numeri bis ter quater milies a mille. neutri gene- tis hoc mile: hec milia: iungitur genitiuo cicero qui nunq̄ in illo inuentus est: qui lucii antonii mille numum ferret exemplum: ali- quando est adiectiuum: & ideo dicimus mille homines: mille ui- ros: non milia homines quia substantiua non coherent sine copu- la: tamen dicimus decem milia & ducenti homines: idest decem milia hominum: a quo deducitur & millus canis uenatici colares ex corio factum: multis clauis ferreis eminentibus: aduersus insi- dias & impetum ferarum: dictum a mille clauis: ut scipio emillia- nus: ad populum inquit reipublice presideo eritis quasi cani: uel millum quasi mellinum: quod est confectum quasi millis anima lis: circa collum quod animal & taxonem dicimus: ut patet apud

plinium de natura huius animalis:toties:& quoties:toties a tot & quoties a quot:potest dici totiens & quotiens. ¶ Da iurandi quibus iuramentum affirmamus:edepol quasi per edem pollucis:me dius fidius hoc est per deum fidium:nã fidius est deus qui pre est fidei plautus per deum fidium:credis iurato uelim. ¶ Da interrogandi quibus aliquem de aliqua re interrogamus:nũquid an forte:num idem pene significat:quod an:& sub intelligitur negatio: ut num ego te spoliam:quasi dicat non : sicut quotiens per interrogationem adest nobis negatio:sub intellectu affirmationis : ut non ego te spoliaui quasi dicat:ego te spoliaui:hac affirmatiua responsione:utitur plinius iunior:studes inq̃:respondetur etiam sulmone:uulgo tamen ita respondetur:quod auctoritate non caret: terentius mihi ne respondet ita.a.num fit nunquid compositum: & nunquidnam:cur quare q̃obrem idest propter quid:interrogatiue:propter quod est coniunctio casualis. ¶ Da personalis meatim tuatim suatim:meatim quod ad meam personam ptinet : tuatim ad tuam. ¶ Da dubitandi forsan:nota est horum aduerbiorum significatio:ut forsan:& hec olim meminisse iuuabit. ¶ Da similitudinis quasi ceu sicuti sicut & uti:dicunt similitudinem:actus agentis ad alium:& etiam a quo deriuat͛ uti ut irasceris ut leo: hec oratio resoluitur per uerbum substantiuũ:idest irasceris sicut leo: ceu & sic. Quasi ad modum eius:non tamen in totum:quia non dicit totalem rei actum:& similitudinem ad ipsum : & est idem ꝙ ita. Ceu refertur ad imaginem. Quasi non modo imaginem : sed ad ipsam ueritatem refertur: ut me non amas quasi filium : quasi est oratorium ceu poeticum uelut & ueluti referunt imaginem:ut incedis ueluti leo:ac si esses leo. ¶ Da prohibendi ut ne:pro non : ne pro an dubitandi est:& breuis dictio est. ¶ Da optandi ut utinam ab uti deducit͛:nota est eius significatio osi. Virgilius ad sis o placidus aliquando est indignantis:cicero o tẽpora o mores: aliquã do admirandi:persius:o curas hominum o quantum est in rebus inane : quandoq; dolentis interiectio : ut o me miserum: aliquã do exultantis affectum exprimit. Virgilius. o felix si te tua Roma uideret:iungitur nominatiuo accusatiuo & uocatiuo : & quando est optandi potest iungi cum si:persius o si sub rastro:credit argẽti milia seria dextro. ¶ Da uocandi:ut heus. o. o cum uocatiuo iungitur:quando est aduerbium uocandi ut o cicero o fabi heus. Virgilius:heus etiam mensas consumimus inquit iulius. ¶ Da hortãdi ut eia age agite:hortantis affectum dicunt & exultantis actum ad aliud innuunt ut eia age rumpe moras. ¶ Da euentus forte for-

Totiẽs quotiens unde d͛ ducuntur.

¶ Plinius.

tuitu.dicunt hec casum preter intentionem agẽtis appositio.idest habentis discursum.¶ Da cõgregandi simul una pariter.simul geminatum.habet etiam eandem uim. Virgilius. obstupuit simul ipse perculsus achates.ab hoc aduerbio deducitur semel quasi una non diuisim nam quod semel fit nullam recipit diuisionem. hoc idem significat una cum accentu in fine.Cicero.una.& id quod facio probabit. Pariter ex equo a paritate idest similitudine deducta.a pari. Neuius pariter dispartiantur bona patris. modo inconuenienter significat. Titinius. ne tu istam edepol in edia extulisti pariter ut dignum fuit. a par etiam parem esse.quod idem est: qđ sufficere alicui rei. siue resistendo siue exequendo.Quintilianus. aspicio par laboribus corpus.idest sufficiens. ¶ Da demonstrãdi ut en ecce.en quando dicit actum exprobrandi.iungitur casui nominatiuo.ut en probitas.& cũ accusatiuo.Terentius.en eunuchũ. indicãdo ecce cum nominatiuo ponitur.& raro cum accusatiuo. Terentius ecce alter nescio.¶ Da diminutiui ut clanculum belle. clãculum a clam.idest ualde occultum.belle a bellus. & bellulus. quod bonum significat.Plautus.nam nurus bellule se habebat.

¶ Da eligendi ut potius.melius quasi potentius.sunt comparatiua.& potior melior uoce ipsa ex actu:& affectu mentis in aliud eligendi de alio comparandi:ut potius te diligam quam illum: sed comparandi actum indicant de alio ut hoc est potius hoc: nimio ita uolo non aliter a quo & quinimo:quod uulgo dici solet forꝛmiter.¶ Da superlatiui:maxime minime:nota est hec significatio q̃ maxime conferat intellectus horum aduerbiorum: hoc liquido patet uolentibus loqui latine:precipue qui uolunt imitari epistolas & opera Ciceronis quem quisq; sequatur ut latine lingue principem: & hos auctores Quintilianum ex historicis:liuiũ:salustiũ: lactantium:suetonium:ualerium:ex grammaticis:Vallam Probũ Focham:Diomedem:Priscianum:ex nouissimis perotum: festum Varonem Macrobium:Nonium:Marcellum:Calepinum: pro orthographia Tortelium:absit Alexander & Nestor: Catholicon & Mamotretus:hos ecclesiasticus habeat non qui cupit esse latinus: quoniam & inepte docent:& barbariem sapiunt ad hoc unũ hortor postremo:& preter ambitionem loquar:hos nostros commẽtarios quisq; habeat: legat his studeat & alios doceat: quoniã doctis est exemplar latine lingue & grammatices: tyronibus uero ẽnia & iter ad uirtutem liber hic.

## ¶ Dionisij Apollonij Donati octo partium orationis. Liber Septimus de interiectione.

¶ Heu que pars est: Interiectio est: quare est interiectio: quia inter iacet alijs partibus orationis.
¶ Interiectioni quot accidunt: vnum: quid: significatio tantum.
¶ Heu qualis significationis est: dolẽtis. ¶ Da dolẽtis vt heu hei ve. ¶ Da admirãtis vt pape. Da ĩdignãtis vt racha. ¶ Da deridẽtis vt vah. ¶ Da expauescẽtis vt at at. ¶ Da gaudentis vt euax.

¶ Heu que pars est. Interiectio ẽ pars oratiõis qa ingredit̃ orationis partẽ ut liquido patet: non ita ꝙ dicatur esse pars principalis oratiõis: quia nõ exigitur ad oratiõis perfectiõem: quia sine interiectione potest esse perfecta orõ: & differt ab aliis partibus oratiõis: qa nulla earꝝ ꝑter interiectionẽ significat rẽ suã p modũ affectus: significat enim mentis affectum: uoce incognita se sola: quia ergo habet modum specificum differentem ab aliis partibus oratiõis & ab earũ significãdi modo: ideo hoc est: greci tamen uolebant: ꝙ differet ab aduerbio: qa dicebant ꝙ habet uim determinandi uerbum: sicut & aduerbium: ut euax gaudeo: & licet non habeat constructionem: & copulationem ex suo modo significandi specifico: tamẽ habet ex modo significandi accidentali: & est pars indeclinabilis: qa nõ habet inflexionem accidentalẽ: puta genera & casus sicut alie partes declinabiles: nec significat interiectio mentis conceptum precise. & immediate q̃uis aliquomodo illũ significet: ideo dixerũt antiqui greci ꝙ esse partem orationis non est aliud q̃ significare mẽtis conceptum. quia nihil potest exprimi eo ipso affectu: nisi pre intelligitur illud mente ipsa per conceptum fuisse: magis tamen dicetur significare affectum q̃ cõceptũ: quoniã ille affectus exterior. quẽ significat: expressior est intelligẽti. q̃ ipse ꝯceptus. quẽ tñ interiectio significat p modũ affectus. & qa sũt uarii affectus mẽtis. Varia illoꝝ hec pars indicare ex sui specifica rõne hos dicit̃ quedam enim significant dolorẽ. qui exprimit̃ hac uoce: heu hei ue. heu iũgit̃ casui accusatiuo. hei datiuo. ut hei mihi. quedã affectũ admirãtis. ut pape. hẽt in se affectũ huius uerbi miror. ut pape qd loqueris quasi dicat. o. admiror te talia loqui. aliqñ indignatiõis est ut Terẽti⁹ ĩ eunucho: pape hec supat ipsã thaidẽ uñ & papa sacerdos

¶ Qũo interiectio est necessaria. & qũo differt ab aliis ptib⁹ orationis.

¶ Grecorum opinio circa ĩteriectionẽ.

¶ Quid uere significat interiectio.

qui est presbyter admirande uenerationis nomen est:& plura hoc pronomen secuntur. ¶ Interiectioni quot accidunt unum significatio tantum:accidentaliter non essentialiter:quia principia essentialia rei non accidunt rei:nec accidentaliter nisi ut dixi communi quodammodo:quia per ipsam significationem interiectio nõ reponitur in sua specie:quoniam per accidentalia res non reponitur in sua specie aliter affectus affectui accideret ut ex admiratio admirationi:ex uoce ipsum indicante:auctor tamen declarat:quod hoc scilicet dixerat ꝙ huic parti accidat significatio ratione uocis ipsũ affectum exprimentis & hanc obrem dicitur interiacere : idest interponi aliis partibus orationis:quia non est pars ab aliis partibꝰ seiuncta nisi ex eo quia significat rem:per modum affectus : pape ergo ut supra diximus grecos nõ habere interiectionem : quia uoces exprimentes hos affectus connumerantur inter aduerbia: quoniam uel iunguntur uerbis : uel his uerba subaudiũtur ut cum dicimus pape quid uideo : tamen latini quia his plerũqꝫ non addit uerbum:nec suabauditur : sed quodãmodo in eis est inclusa uerbi significatio:posuerunt hanc orationis partem separatam ab aliis : ut pape:nec est uerbum:nec subauditur tamen habet in se affectum huius uerbi:quod est miror:& animi plenam significationẽ cuius sunt significationes uarie indignãtis ut racha:& littere principio que sepe hunc mentis affectum ex sua dura prolatione hoc significat. ¶ Da deridentis ut uah: ex labiorum demissione cum rugosa fronte. ¶ Da expauescentis:ex oris apitione:depresso anhelitu:& oculis elatis . ¶ Da gaudentis ut euax: ex hanelitu aperto: & ore elato: non solum que dicta sunt:& que dicẽtur huic arti cõferunt : sed & ipsa poetica uel oratoria ars ad hoc sequitur : quarũ que qualitas.qualis ue sit discendi modus in huius operis calce aperiam : dicamus tamen primo de coniunctionibus .

¶ Accidẽtia interiectiõis.

Ordo artisꝰ huiꝰ ad alias

¶ Dionisii

¶ Dionisij Apollonij Donati octo partium orationis.
Liber Octauus de coniunctione.

¶ Et que pars est: coniunctio est: quare est coniunctio: quia coniungit ceteras partes orationis in oratione. ¶ Coniunctioni quot accidunt: tria: que species figura et ordo. ¶ Et qualis speciei est: copulatiue. ¶ Copulatiua est que copulat tam sensum quaz verba vt et qz atqz ac at ast quidem quoqz sed autem vero. ¶ Continuatiua est: que causa continuationis demonstrat rerum ordiñe in consequentia cum dubitatione vt si stertit dormit: et si ambulat mouetur. ¶ Subcontinuatiua est que causam continuationis ostendit consequentem sine aliqua dubitatione: cum rerum essentia: vt quando sol est super terram: dies est: et si ambulat mouetur. ¶ Adiũctiua est: que adiungitur verbis subiunctiuis proprie cum dubitatione: vt si veneris faciam vt prosit tibi facio. ¶ Approbatiua est que approbat rem: idest affirmat vt equidem merui: nec deprecor. ¶ Distributiua est que diuersis: diuersa distribuit: vt ego lego tu vero dormis. ¶ Aduersatiua est: que aduersum conuenienti significat: vt tamem q̃zq̃z q̃uis: si et ß: vt si ego multo tempore ser-

¶ Et que pars oratiõis ẽ: cõiunctio est par or̃onis: aliarum partiũ uim: uel ordinem demonstrans: & hoc quia modus significandi qui dictionibus conuenit huius partis: distinguitur ab aliis partibus orationis: & etiã qa potest ingredi orationẽ copulãs: uel quo uis modo qui sequentur: igit̃ dicamus hanc connumerari iter octo partes orationis: an uero oratio possit esse sine coniunctione dicatur ꝙ potest esse oratio simplex ut amo uirtutem. composita uero: q̃ scilicet significat uarium mentis conceptum: uel unum cõiunctum aliqua specie huius partis: hoc nequaq̃ fieri poterit: qa ipsa coniunctio q̃uis nõ sit pars essentialis orationis potest tamen esse integralis non in esse specifico: sed huius uel illius orationis quam copulat aut ĩtegrat: ut manus nõ est pars integralis hominis sed illius cuius est manus nec est pars declinabilis: quia tũc dicitur aliqd d'clinari: idest uariari

¶ Necessitas coniunctiõis

Qũo aliqd dicitur declinari.

quando scilicet dictio: una manens in specie ex suo significandi modo essentiali: mutat ex uno modo significandi accidētali in alium modum ut a persona ī personam a numero in numerum a casu in casū: unde q̄uis ipse coniunctiones diuersificentur penes quosdā accidentales significādi modos: oēs tamen manent in una: & eadem specie: nec habent modum essentialem: penes quem possint uariari: q̄a illa cō iunctio que dicit esse ordinis ꝑpositiui: uel subiunctiui: uel cuiusuis alterius: semper est eiusdem essentialis ordinis: nō autem accidentalis. qualis ordo notatur in hoc q̄d dico: quod est prepositiuus: subiūctiuus: talis: uel talis: nō ergo ē pars orationis declinabilis: nec ē pars ꝯstructibilis. q̄m nō potest: suppositū uel appositum esse: nisi ex officio: & determinatiōe aliqua.

Accidētia cōiunctiōis.

Cōiunctiōi quot accidunt tria: species figura & ordo: de specie: & figura q̄d sint iam notum est: de ordine uero cōiunctionis dicendū est.

Ordo coniunctionis

Ordo cōiunctionis est recta dispositio quarūdam cō niui tibi. tu tamē habes me odio.

Disiūctiua est que quamuis voces coniungat sensum tamen disiungit: ⁊ alteram quidem rem esse: ⁊ alteram non esse significat vt aut est dies: aut est nox: vel est sanus: vel est eger.

Subdisiunctiua est que q̄uis voces disiunctiuarum habeat: vtrunq̧ tamen esse significat in eodem vel in diuerso tempore: vt Alexander siue paris. rapuit Helenam: idest Alexander: qui ⁊ paris dicitur: tota die legit vel scribit: sed indiuersis horis.

Discretiua vel illatiua est: que de duobus propositis: vnum eligere: ⁊ alterum refutare ostendit vt diues malo esse q̄ pauper.

Collectiua: vel rationalis: vel illatiua: est que colligit supradicta cum ratione: vel infertur aliis prepositis: vt ergo igitur itaq̧: vt Cicero solus Catilinam sua sapientia domuit: solus igitur Cicero patriam seruauit.

Dubitatiua est que dubitationem affert vt an ne.

Diminutiua est que diminutionem significat: vt si non potes mihi dare bisantium saltem mutua denarium.

Abnegatiua est que adiuncta verbo aliquid posse fieri ostendit nisi aliquo impedimento im-

pediretur: vt commederem si ha-
berē: gaudeat priamus si audeat.
¶ Completiua est que causa or-
natus: vel metri nulla significa-
tionis necessitate ponitur: vt si
dicam eneas quidem fuit pius:
vlixes vero astutus.
¶ Quot sunt ordines coniunctio-
num: tres: qui prepositiuus: sub-
iunctiuus: et communis.
¶ Nisi qualis ordinis est: prepo-
sitiui: quare: quia p̄ponitur in or-
dine orationis.
¶ Quidem qualis ordinis: subiū-
ctiui: quare: quia semper subiun-
gitur in ordine orationis: com-
munis vero que possunt preponi
et supponi in ordine orationis.
¶ Quot sunt coniunctiones pre-
positiui ordinis: quindecim: que
et: ast: at: vel nec: neq3: quin: quate-
nus: sim: seu: siue: ni: nisi: et sed secū-
dum quosdam.
¶ Quot sunt coniunctiones: sub-
iunctiui ordinis: septem: que hee
sunt: q3: ve: ne: quidem: quo-
q3: autem: vero: At ex his tres
sunt encletice: idest inclinatiue eo
quod inclinant: accentum preceden-
tis sillabe ad se: vt dixitq3: legis-
ne: communiterue: alie vero om-
nes sunt communes: quia possūt
preponi et supponi in ordine ora-
tionis: hec de octo partibus ora-
tionis dicta: sat: sint.

iūctionū: q̄ ex suo signifi-
cādi mō aliqn̄ p̄ponunt̄
aliqn̄ postponunt̄: & iō
hic ordo ē quoddā acci- ¶ Ordo multiplex.
dēs: & qdam accidētalis
modus ipsius ꝯiūctionis
nō essentialis qa eo.s. di-
ctio declarat̄ determina-
ri: p̄poni uel postponi: &
n̄ capit̄ hic ordo: pro eo
ordine: quē habēt dictio-
nes i orone. talis. n. repe-
rit̄ in qualibet orone.
¶ Et qualis speciei? copu-
latiue. Copulatiua est: de-
clarat qd sit ꝯiunctio co-
pulatiua ex qualitate spe-
ciei nō primitiue uel deri-
uatiue tm̄: sed ex natura
& q̄litate ipsius ꝯiūctiōis
q̄lificātis orone ē copu-
latiue spēi: q̄.s. copulat tā
sēsū ut ego & tu legis &
uerba: qa duo uerba: uel
noīa substātiua: sine co-
pula nō quadrāt: plura i-
telligunt̄ ꝯiuncta hac cō-
iunctione copulatiua: q̄
nequeūt itelligi eē plura
sine ea: nisi expressiōe ad-
dita uł appositiōe ut ego
filius tuus lego: qd̄ unū
n̄ plura significat hee sūt
ꝯiūctiōes plures: prima ē
& q̄ qd̄ sit cōiunctio co-
pulatiua: Plautus collau- ¶ Plautus
dat formā: & faciē & uir-
tutes cōmmorātes: aliqn̄
ponitur pro idest. annos
iam natus: & sexaginta

¶ Virgilius & senex:non nunq̃ ponitur pro quia. Virgilius audieras q̃a fama fuit interdum uenustatis gratia dupliciter: estq̧ coniunctio completiua. Virgilius multum ille & terris iactatus & alto: plerũq̧ cõpetit iniciis sẽtẽtiarum. Quintilianus:& finite quidẽ partes due sunt:quarum hec professio profertur:aliquando habet uim interrogandi:seruiens affectui. Cicero:& sunt quia de uia appia:loquũtur:taceant de curia sepe ponitur pro q̃uis idem defendi legem uoconiam magna uoce:bonisq̧ latebris: & uidetis annos meos: ac si dixisset:q̃uis sim senex. ¶ Ita ponitur & pro etiam:non apud Ciceronem sed apud Quintilianum:tamen si quid aduersus te commisit sit hostis:& meus tamen dixit Cicero:sit hostis etiam meus: ut Virgilius meus est ipse dea:ab hac coniunctione fiunt: & si: & tam & si: pro q̃uis Plinius dedit enim quantum maximum potuit:daturus amplius si potuisset:tam & si:quid huiusmodi dari põt maius q̃ gloria laus & eternitas:& ab hoc fit & enim quod significat quoq̧. Plautus tune etiam:id rexisti miser:& etiam num eiusdem significationis:unde etiam componitur ab ex. & iam. Plinius quod eo magis miror:homero prodente egiptus non erat: & etiam fit ab hoc & enim:pro quia:differt ab enim:enim nunq̃ ponitur in principio orationis. Suetonius par enim utriusq̧ arrogantia fuit:sed & enim aliquando primum:aliquando secundum sortit̃ locum:Plinius & enim multa de hac re:multi tradiderunt: nec sunt a nobis commemoranda. ¶ q̃ sic scribitur quando est coniunctio:quando uero relatiuum per. q. u. &. ę. diphtongatũ q̧ copulatiua coniunctio quandoq̧ dupliciter fit quia scilicet duplicatur. Virgilius:o terq̧ quaterq̧ beati:aliquando pro quia: Cicero:non solum nobis nati sumus:ortusq̧ nostri partem patria uẽdicat partem amici:aliquando pro idest Plautus. rudis est. nescitq̧ quid expediat:aliquando completiua coniunctio est. Virgilius alcãdrũq̧ haliumq̧:hemonaq̧:quandoq̧ duplicatur causa uenustatis etiam in rebus diuersis idem egregiam uero laudem:& spolia ampla refertis:tuq̧ puerq̧ meus:aliquando significat etiam:apuleius: id ei seruo:serioq̧ loquenti non crederem hoc est etiam serio loquẽti: quod similiter contigit in nec & neq̧:Quintilianus persolui gratia non potest nec malo patri: hoc est etiam malo patri:cum qua coniunctione cõponitur hec pronomina uel nomina:quisq̧: quicunq̧ & propositio ab:ut absq̧:atq̧ neq̧:& cetera id genus:atq̧ ꝑ etiam interdum ponitur pro aduerbio:q̃ & non ultra ego feci:atq̧ tu hoc est q̃ tu:& si geminetur auget & intendit rem:de qua agit̃: Ennius:atq̧ atq̧ ascendit muros Romana iuuentus: idest sedulo

Quintilian⁹

¶ Cicero.

¶ Ennius.

diligenter:intrepide:quandoq significat statim. Virgilius non aliter:q̃ qui aduerso uix flumine lembũ:Remigiis subigit si brachia forte remisit:atq illum in preceps prono rapit alueus amni: & cõponitur ex at & q:coniunctionibus:at & atq etiam competit initiis sententiarum:ac si uolumus huiusce rei ac ceteri imperatores: at est ut hic coniunctio copulatiua:significat id idem q & ut ego lego at tu dormis:interdum est coniunctio aduersatiua ut at regina graui iamdudum saucia cura:que ex eo dicitur aduersatiua qa significat differentiam rerum in oratione:ut cum dicimus scipio bellator est & Marcus cato orator:aliquando capitur at pro saltẽ: aliquando pro uerum sicut est : sed autem uero at at:quando duplicatur est interiectio expauescentis autem:& uero disiungũt sensum:& nunq̃ ponunt̃ in fronte sententie:at pro saltem:sicut & sed ponitur iuncta huic aduerbio affirmandi:quandoq ponuntur in fronte orationis pro saltem. Virgilius:at mesapus erit : quidẽ pro certe tribus modis ponitur in oratione: primo ad distinguendas res : ut ego quidem sulmone sum tu uero athenis:papyrius autem Venetiis in quo dicendi modo non potest a parte posteriori coniũgi nisi cum uero. & cum autem. ut uideatur excipi id quod affirmatur:& cum:sed Cicero ab optimis quidem uiris illis:sed non satis eruditis. potest etiam habere a parte posteriori. uerumtamẽ sed tamen. attamen. tertio quando nulla ex predictis coniũctionibus sequitur & tũc aut precedit. aut enim nemo:quod quidem magis credo. quoq. utiq. & profecto eodem modo in oratione affirmãt non apud Ciceronem utiq. sed apud Quintilianum. ¶ Continuatiua coniunctio est. quando fit oratio. & ea ipsa ostendimus de necessitate effectum suam causam sequi. hec coniunctio est. si. ut si papyrius studuerit fiet uir doctus. cum dubitatione quia iungitur tẽpori futuro. quo sincerius nihil est:nec magis dubium: quia de futuris contingentibus sub ea ratione qua futura sunt. nulla habetur determinata cognitio. ideo hec coniunctio dicitur & dubitatiua quia ex ea non potest confici oratio nisi. ¶ Si tempori dubio fit iũcta. hanc dicunt & conditionalem. ¶ Subcontinuatiua cõiunctio est. quando ea ostendimus causam. necessario sequi effectum suũ sine aliqua dubitatione:eo quia iungitur tempori. & modo in dubio : puta presenti & indicatiuo. ut quando uigilas. non dormis. & si ambulas moueris . cum rerum essentia. cum effectu necessario consequente causam suam. ¶ Adiunctiua coniunctio est . quando ea ostenditur. aliquis effectus dubie suam causam sequi. ex eo quia iungitur subiunctiuo. & futuro subiunctiui ad quod ut ostendatur

¶ Virgilius

consequitur futurũ indicatiui:ut si studueris te docebo. ¶ Approbatiua:ut equidē:hac coniunctione confirmamus.que dicturi sumus ut equidē hoc faciã:ponit in fronte orationis:quod profecto significat uel ego quidem proprie. Virgilius equidem merui nec deprecor: Persius capit pro quidem ut non equidem hoc dubites: ambos federe certo:consentire dies. ¶ Distributiua coniunctio ē: qua diuersa diuersitatis causa interposita:conuenire docemus. ut ego studeo. tu uero dormis:& uero hic significat certe: qua hanc atributionē affirmamus conuenire pluribus. ¶ Aduersatiua est: hac coniunctione demonstrat:effectus cõtrarius sue cause ut ego te dilexi. tu tamen habes me odio:tñ interponit q̄q̄.& q̄uis sortiuntur primũ locũ in oratione tantũ.idest nihil ominus qñq; pro statim capit: Virgilius. Hinc edos depone tamen ueniemus ad urbem aliquando pro tandē. Plautus. ita faciã. ita placet quid tũ. tñ ab hoc fiunt. ¶ Attamen. uerumtamen. eiusdē significationis. ¶ Si & si. sunt eiusdem significationis & ordinis cũ q̄uis. ¶ Disiũctiua dicit. disiunctiua ex speciali modo significandi. quia scilicet disiũgit sensum. coniuntiua quia cõiungit uoces. & ex modo generali. & essentiali coniunctio est. & sic non inconuenit unã & eandē cõiunctionē. uariis appellari noĩbus. ut aut es uir bonus. aut malus: qa ad ueritatem disiũctiue. sat est alterã partiũ esse uerã. ¶ Subdisiunctiua est. qua oratio ostendit unãmet rē sub tēpore diuerso. & dictione. & uoce disiunctiua. ut tota die legis uel scribis. diuersi actus cõcluduntur. disiunctiua uoce. nec dubia. quia sub tempore diuerso. quod non esset sine dubitatione. respectu eiusdem temporis. ut tu fies. uel bonus uel malus. & pro ualde capitur. ut sit particula intensiua. ¶ Discretiua uel ellectiua coniunctio est qua ostendit alterũ oppositũ eligi & iũgit sequēti cõtrario. ut malo esse doctus q̄ sciolus. ¶ Collectiua est q̄ ostēdimus cũ rõne necessario. cõsequēs seq ex antecedēte & effectũ ex causa sua. ut tu dormis. ergo nõ uigilas. hoc sequit ex hoc. & infert ex hoc necessario. hec secũdũ alios dicit ꝯiũctio cõpletiua. aliqñ tñ est aduerbiũ. & circũflectit ultimã sillabã. sicut itaq;. Virgilius. illius ergo uenimus & magnos herebi trannauimus amnes. igit ueteres aliqñ ponebãt pro inde. siue pro postea. Plautus. sin aliter fient animati neq; dēt que petat: sese igit summaui. utriusq; suũ oppidũ expugnatuꝝ. Enim qñ ergo igit sunt cõiunctiones illatiue. pauciores illis adhibent clausule. ¶ Quare q̄obrem. & quapropter maiores requirũt clausulas. cũ in eoꝝ significato accipiunt. qa aliter sumunt cũ ita dicimus: nescio quare sic loqueris itelligo q̄obrē ita facis. aduerbiũ

¶ Virgilius
¶ Persius.

ergo pauciores petit clausulas.q̄ hec dictio cōiunctiua. & illatiua.
¶ Dubitatiua est ut an.hec dictio dicit̄ dubitatiua.qa dubitationē affert iungit̄ subiunctiuo.ut nescio.an pater uiuat:qñ uero sermo est aut opinionem afferens. aut scientiam tunc loquimur per indicatiuum. cum quod.& aut.ut opinor ꝙ pater aut est mortuus & per modum infinitiuum. ut aut egrotare. aut mortuum esse.
¶ An & nunquid sunt aliquando aduerbia interrogādi Cicero an uero romulus ille.pastores aut conuiuas congregasse aut sabinorum connubia.sic dicit̄ & de. ¶ Ne que quandoq̧ soli est.& ne ponitue in prima parte an sequitur.ut hic est ne bonns.an malus. aliquando duplicatur ut apud poetas. Virgilius qui teneat homines ne fere.ne querere constituit. quandoq̧ etiam hoc eodem modo non nec ne sit ignoro. & per interrogationem. Cicero uerum multis pretori flaco. nec ne. hoc est an.non aliquando superuacue additur alteri.an scilicet nescio an bene faciam.nec ne.& quādo.an est prepositio tunc significat circum.ut an terminum. idest circa terminum. & in compositione. ut hec uitis est amputata. idest circumputata. ¶ Diminutiua est. ut saltem.saltem.non a salto.sed defectiue. quasi si aliter non potest fieri. sunt & alie. aliorum expositiones. quasi cum aliquid petimus. & non impetramus. dicimus da hoc. ut extremum. tanquam saltem. quod cupimus ut fiat. & sic saltem quasi salutem abiecta .u. littera. quare dicamus. ꝙ tunc hac coniunctione utimur. quando non possumus impetrare quod uolumus.hoc tamen ut minimum quod petimus ut fiat ideo dicuntur significare diminutionem. bisantium pecunie genus. ¶ Abnegatiua est que.ut hec coniunctio si quādo aliquid fieri posse ostendit nisi impediatur. ¶ Completiua est ea. aliquando coniunctio. que non ponitur in oratione. ex necessitate. sed solum causa ornatus. ut in textu patet. que sunt. que preponuntur. & que postponuntur. que ue communes. & que inclinatiue sint. hec sunt nota auctorem legenti. de quibus superius dictum est: pro quibus omnibus certis auctoribus est inherēdum: hec sunt candide lector que tibi declarasse uoluerim de octo orationis partibus. quibus bene cognitis ad dulciores musas & parnasi rupes facilius te conferes: & altiores arres & scientias melius noſces. nec te ignauo uulgo facilem credulitate exhibeas. qui rudem grammaticum contemnit. cultum uero nequaquam posse fieri aliarum scientiarū optimū cultorē ac ars artē & scientia scientiam abhoreret.nō bene iactis fundamentis edificat̄ non hoc modo fundata domus difficile ruit. taceat immo sileat

¶ Virgilius.

¶ Exhortatio ad musas

Nullus pōt esse uel bon⁹ grammatic⁹ uel orator si ne arte poetica.

tale hominem genus:qui & musas irrident:& poetas paruipendūt & ut hii post hoc ignorantia propria cognita resipiscant:nec audeant inter homines balbutire:audiant hec pauca de nostris musis. ¶ Musa grecum uocabulum est:& nympha dicitur:dea fingitur a poetis quia eius poemati opem ferat non uere ꝙ sit mulier & pro dea habeatur:ut quidam barbarus asseruit contra maronem deridentem uanum clamorem sophystarum qui cum quādoqꝫ uel artem uel ingenium non calent ad clamorem se cōferunt & inepta uerba turpiloquio pleni:solent dicere est:est:non:non : concedo: nego:nullam habentes modestiam:hoc irrisit diuinus maro:non tantam artem quanta est ars dialetices:& bene dea igitur habetur musa a poetis:quasi quid diuinum nam. Qui cupit poeta fieri necessum est ipsum esse castum:& piū:castū uita pro se & pro aliis: sine qua nemo scire quid audent pium in alios doctrina fingitur esse mulier:a molli natura:& arte:nam molles nō uita:sed deliciis uite & moribus uenustis: quos decet claras mulieres haberet poetam alios decet antecellere:non ꝙ uere sit mulier quas hesiodus ithileogonia iouis:& memorie filias esse finxit & d' iouis cerebro natas audi barbarelle:noli tam inepte iudicare tot labores:tot sudores:tot noctes insomnes clarissimorum uirorum qui poetice incubuerūt:iouis finguntur filie quia poetica ars que musis idest clara rerum notitia:& inuentione ficta ueris admiscendo : acquiritur ficta non falsa:ut inquit Isocrates in libro de regno : quod & ego illic diffuse narraui uirtutē poetices artis:qua uulginis sepe abhorrens ab eo quod rectum est:ad id quod delectat eo facile trahitur: ut inquit Oratius in libro de arte metrica: & delectare uolunt & prodesse poete.si prodesse non igitur falsa afferunt sed ficta poetarum carmina:quod & diuus Thomas ī prohemio primi posteriorum tetigit dicens poete:officium ex fictione condecentem rei ueritatem deducere:iouis igiť idest ueritatis filie:& ex iouis cerebro idest pura mēte & casta uita natas asseruit:nec obicias plurimi poetarum:male obierunt mortem:quia hoc non conuenit arti:malus est artifex:ergo ars mala:quot sunt ut tangam supremos : theologorum:qui docent:sed non faciūt que alios docuerint theologia tamen ut uides barbarelle diuina scientia est. ius pontificum : ius Cęsareum q̃ maximam utilitatem afferunt notum cuiqꝫ reipublice:& tamen non est uiperanda ars illa uel scientia quo uis modo ex eo quia plures sint qbus est lex gallus : gratissima sic dices de ceteris at si nosce uolueris quam utilitatem afferat nobis ars poetica:quid pulchrius audi:arrige aures barbarelle eloquentia : que perfecte

Natura poetę optimi.

¶ Barbarelle aduerte:muse quot sunt quales:& cuius sunt filie.

perfecte sine poetica arte haberi nequit:quoniam opus est oratorē esse disertum: & eloquentem uerbis & sensu:& inuentione q̄ omnia te poetica fictio docet:& q̄uis spurca quidam scripserint: hoc fecerunt aperte malos mores carpendo ut uiroso in malos furore pleni:nō ꝙ spurci fuerint:nec sequitur illud uerbum quod adducere solent quidam melanconici fraterculi:carmina poetarum sūt cibus demonum:hoc uerbum & si fuerit integerrimi uiri.sic intelligatur:respectu diuini eloquii quod omnibus carminibus prepōderat:illis precipue quibus sunt spurca uerba: que palam nemo coram aliis precipue pueris recitare audeat:nam ut inquit diuinus ille uir:corrumpunt bonos mores colloquia mala:que si quis alios edocuerit aperte turpia declarando merito his poeta ab urbe pellatur iussu platonis:non damnando artem ipsam:nam & soluto pede mala scribi possunt:ut & equestri nec ex hoc grammaticam habebis odio:sed utentem male arte ipsa:sunt & memorie filie: quia ueritatem in casta mente decet esse perpetuam:& semper ex fictione ipsa ueritatem pro claris moribus deducere:dixerunt: & nouem esse musas:prima est clyo.que est gloria:uel bona fama canit hec res gestas & historias:hanc greci constitutam in lunari orbe finxerunt & hoc merito nam historia:gloria & fama augetur: euterpe: que preest musice indiali orbe firmatur: melpomene tragedias canit:& solari gaudet orbe:thalia commedias colit: & degit in terra: que īuenit sulcos:& segetes:canit colores rethoricos: hec interpretatur memoria saturnum amat & predicta reperit: melpomene cantus distinguit:& thalia cantandi tempora reperit: erato canit amores:martis amica:urania astrorum motus & portēta laudat hec stat in octaua sphera:terpsicore adest: quando cantando ducimus choreas uenerem diligit:calliope uiuit in orbe mercurii heroica carmina canit:& uates ornat lauro.hec musarum fictio & ordo non sine ratione inuenta sunt a diuino uatum furore: audi barbarelle quare finguntur esse nouem & non plures: uel paucio res muse:apollinis sorores:ut uates clarissimi germane:quia dulci & nectareo carmine uidentur quasi diuina loqui: nemo nosce poterit aliquam scientiam acquirere bene nisi has nouem musas comites habuerit:hec scilicet:primo ꝙ habeat uoluntatem sciendi: secundo delectationem:tertio diligentiam: quarto capacitatem: quinto memoriam: sexto inuentionem:septimo iudicium: octauo nono:pronunciationem.hec sunt nouem muse:hec sūt scilicet o barbarelle melanconice media:quibus quisq̧ uir prudens optimum finem consequitur: sic poete fingunt & docent: fingunt ut

¶ Fraterculi melancolici.

¶ Q̄uo muse fingunt fi lie memorie.

¶ O barbarelle trāsalpine.

¶ Offitium poetarum.

& frangere saxo: Anastrophe est solũ uerborum ordo prepoſterus: ut italiam contra: pro contra italiam. Parenthesis est interposita formatio diuerse sententieut. Eneas neq; enim patruis consistere mentẽ. Passus amor: rapidũ ad nauẽ premitit Achates. ¶ Tenesis est quando nomen cõpositum uel simplex secamus una dictiones uel pluribus interiectis ut semptem subiecta trioni: quod latini abhorrent in simplici dictione. ¶ Sinthesis obscurum & ex omni parte cõfusum hyperbaton ut. Tris nothus ab reptas in saxa latentia torquet. Saxa uocant itali: mediisq; in fluctibus aras. ubi est hic ordo tris naues abreptas nothus torquet in saxa q̃ latẽtia ĩ mediis fluctibus itali uocant aras. Hiperbole est sermo uel dictio excedẽs fidem cum scilicet aliquid augemus: uel minuimus ut niue candidior: uel tardior testudine hic minuimus: illic augemus. ¶ Allegoria est tropus quo aliud significamus: & aliud dicimns. Vt iam tempus equum fumantia soluere colla. hoc est: iam tẽpus est finire carmen: quod est proprium clari poete: quod fit. ¶ Per hironiam quando scilicet contrarium ostendimus ei quod dicimus: ut egregiam uero laudẽ & spolia ampla refertis: tuq; puerq; tuus: oportet hanc figuram grauiter pronũciare aliter oportebit confiteri quod negare cõtendis. ¶ Antiphrasis est unius uerbi aut dictionis quod pro eodem capio hironia ut bellũ quasi minime bonum. Enigma est obscura sententia per obscuram similitudinem facta ut mater me genuit eadem mox gignitur ex me: hoc significatur aqua in niuem conuersa & ex eadem rursus effluere. ¶ Charientismos est figura qua ostendimus: dura dictu grauius proferri: ut cũ aliquem interrogamus quis nos quesiuit respondemus bona fortuna: hoc est dictu nemo: Paranomia est uerbum rebus & tẽporibus accommodatum ut Lupus est in fabula. Sarcasmos est derisio hostilis: & plena odio ut en agros. Astismos est sermo carẽs rustica simplicitate expolitũ satis faceta urbanitate & ideo ẽ numerose uirtutis & multiplex trop9 ut. Qui bauiũ nõ odit: amet tua carmina meui. Atq; idẽ iungat uulpes: & mulgeat hircos. Homoeosis est demonstratio rei minus note: per similitudinẽ eius que est magis nota: ut cum utimur hicon: idest personarum inter se: uel eorum que personis accidunt comparatione: ut. os. humerosq; deo similis. ¶ Et parabola idest comparatione rerum dissimilium genere ut Qualis mugitus fugit: cũ saucius aram. Taurus & incertã excussit ceruice securim. ¶ Et paradigma: idest hortatione exempli hortantis uel deterrentis hortantis: ut Antenor potuit mediis: elapsus achiuis. Illyricos penetrare sinus: deterrentis: ut at non sic frigiis

penetrat lacedemona pastor ledeamq; Helenam troianas uexit ad urbes. ¶ Et endiadi idest resolutione substantiuo℞ in adiectiuũ ut pateris libamus & auro: idest pateris aureis hac utuntur poete gratia ornatus & metri necessitate: oratores exornationis tantũ causa. Hippallage idest uerbo℞ transmutatione uel cõtrario intellectu: uel casuum mutatione ut dare classib⁹ austros pro classes austris. Et ebasi: idest euagatione uel excursu sermonis extra propositam materiam ut sepe faciunt oratores & poete: ut & ego sic hic usus sum: extra itellectum illius carminis. Laudaris quodcũq; palam: quodcũq; probaris: hoc feci hic quod non tetigi in donato qm̃ his figuris magis utitur poeta q̃ orator uel grammaticus: & ideo hee dicuntur locutionis quasi cui uis sermoni cõmode: ille uero constructionis: quia illis tantum constructio grammatica attenditur: nõ exornatio uel metri necessitas nec hec figure hic uitãde sunt nisi quandoq; in poemate methaplasmus: ut in communi sermone barbarismus ut non debemus uti uerbis incognitis & duris debemus cauere malam orthographiam malos accentus etiam additiones plures litterarum uel sillabarũ & diminutionẽ ho℞ ut salmentũ pro salsamentũ: mutationẽ littere: ut olli pro illi: transmutationẽ littere ut euandre pro euander: nõ facere de lõga breuem: aut de breui longam: uitemus igitur hec chachosintheta idest malas cõpositiones scripto & pronũciatione cognitas: unde nota exegetice caue. ¶ Methacismum idest ne uocalis in compositione sequatur. m. lititteram ut bonum aurum iotacismũ ne scilicet in iota littera geminetur sonus ut Troia ubi adeo litterarũ est exilis pronunciatio ut una littera non due uideantur sonare. Labdacisnum: ne uocolis sequatur litteram. l. ut Hanibal amonis. Hyatum: idest grassum cõcursum uocalium: ut hiasco apiastrum: uel consonantiũ: ut multũ ille & terris: greece dr̃ elipsis uitetur etiam soloecismus idest uitiosum sermonẽ & cõtra artem grammaticam factũ: hoc fit in dictionibus inter se discrepãtibus: aut in cõsequentibus: barbarismus in scripto: uel pronunciatione: unde soloecismũ cõmitimus qñ unã partẽ orõnis ponim⁹ pro alia aut unũ accidẽs unius partis: pro accidẽte alteri⁹ partis ut toruum pro torue de te idest in te ad te pro apud te: dardanus pro dardanius: pars secant ꝑ secat sancta dea℞ pro sanctissima: urbẽ quã statuo ꝑ urbs: itis paratis arma ꝑ ite parate: expoliãtur eos ꝑ expoliãt fuma Troia pro fumauit: parẽt pro paretis: sublucem pro añ lucẽ: italia uenio idest de italia que pro ue: ut subiectisq; urere flammis: cum non seruatur ordo coniunctionum ut autem non fieri debet: pro

Quare Polycarpus hic usus ẽ ebasi.

Que debet cauere exegeticus.

nō fieri debet:& sic ex p̄dictis patet qūo cōmititur soloecism⁹ qđ erat necessarium declaratu. ¶ Laudaris ergo:pro laudaueris:corā multis quo ad uerba probaris : probaueris quo ad facta uide : caue crimine leuitatis in constantie : qm̄ turpe est quem semel sic laudaueris:reprehendere qa de in constantia & leuitate reprehēdi poteris:uide aduerte de breuem facit auctor : quia sistole est : uel antiquum uerbū:antiqui enim dicebant uido uidis nos aūt uideo uel aptetur carmen:inspice ne rursus leuitatis crimine damnes a tot seculis:tot & tanti auctores non curarunt has claras sententias corrigere : aut corrigere carmen : nec miror quia crediderunt esse puerile carmen:& incognitū ut quod pueri facile perpulpita soluant:malunt fabulas legere:q̄ bonos mores:quidam ignaue grauitatis homines. ¶ Tranquillis:quando tibi omnia prospere succurrunt:ut fieri potest caue aduersa:tranquillis reb⁹ prosperis:hoc est prudentis offitium:qđ requirit ut in omnibus actionib⁹:tales nos:& esse & reddere curem⁹:ut iure laudemur:rursus in aduersis melius:quanto tuo uoto nō omnia bene succedunt tibi sit spes ea successura:Discere ne cesses:cura sapientia crescit:continuo incūbe studio:Prothagoras sicut pulcritudo perficit iuuentutē:sic ꝯtinuatio cū delectatione perficit op⁹:ne cesses stude sine intermisiione: quia studi ītermissio est obliuionis causa:cura studio. Seneca alibi nihil est.qđ non expugnet ꝯtinua expugnatio:uel intēta opatio. Ouidius guta cauat lapidem nō ui:sed sepe cadendo. Rara datur acquiritur:longo usu tēporis qm̄ perseuerantia est uirtutū mater. ¶ Parce laudato : esto in laudando modestus : solitus erat dicere maro:lauda parce uitupera parcius:tamen laudandi sunt boni uituperandus nemo:parce moderate ut ne quid nimis. Cicero sic uiuendū est in uita ne forte quid discrepet:una dies qualis in unius diei momēto forte monstrabit : ostendet animū qualis fuerit bonus uel malus:quem probaueris laudaueris decipimur specie recti:quod est nostro etiam distico recognitū dum sulmone humanas litteras legerem. Cōfidas nullo quem paruo tempore nosti. Namq3 secus ꝓprii criminis ultor eris: quia hec

¶ Quare auctor corripuit secundā personā imperatiui secū dę coniugationis.

¶ Nota offitiū mali grāmatici & preceptoris.

¶ Vigessimū octauum.

¶ Vigessimū nonum.

¶ Carmen Policarpi.

Laudaris:quodcūq3 palā:quod cūq3 probaris.
Inspice:ne rursus leuitatis crimine damnes.
Tranquillis reb⁹ que sunt aduersa caueto.
Rursus in aduersis melius sperare memento.
Discere ne cesses : cura sapientia crescit.

Rara datur

Rara datur longo prudentia tē-
poris vsu.
Parce laudato: nā quem tu sepe
probaris.
Una dies: qualis fuerit: monstra-
bit amicus.
Quū venere: & bacho lis est sed
iuncta voluptas.
Quod latum est animo comple-
ctere sed fuge lites.
Demissos animo: & tacitos vi-
tare memento.
Flumen: quod placidum est for-
san latet altius vnda.
Quum tibi displiceat rerum for-
tuna tuarum.
Alterius specta quo sis discrimi-
ne peior.
Quod potes id tempta: nam lit-
tus carpere remis.
Tutius est multo: q̄ velum ten-
dere in altum.
Contra hominem iustum praue
contendere noli.
Sepe etenim deus: iniustas vlci-
scitur iras.
Ne pudeat que nescieris te velle
doceri.
Scire aliquid laus est: culpa est
nil discere velle.

quia hec īmoderata laus & incauta cōfidentia ab hoc proficiscitur. Quum uenere & bacho ne sint tibi iurgia: cū uenere cū luxurioso: quia luxuriosus est inprudens in loquendo: & insanus ubiq; eneruatis cerebri uirib⁹: & bacho ebrioso qui furore repletur & tabe insane mētis: ut de Alexādro legitur: q cū mero incaluisset: ut inquit trogus notatus est infamia: propter insolentiam: & crudelitatem in suos nō regio: sed hostili more: nec a proceribus reprehendi uoluit exēplo sui patris Phylippi / quem illi prestasse dicebāt bonis moribus / quem cum semel reprehenderet Parnemo phylosophus dignitate: regi proximus cum filio Phylota deutroq; prius habitis questionibus interficitur: & cū Alexāder condidisset Alexādriam: ad radicem caucasi montis: qui perpetuo iugo diuidit Asiam: orta q̄stione in cōuiuio iter ebrios qs fuisset prestātior rex: an Alexander: an Phylippus: Clitus phylosophus defendebat Phylippum ubi adeo offendit Alexādrum ut rapto ense a satelite Clitum in conuiuio trucidauit: quia dixit pater te añcelluit moribus q̄uis tu illum rerum gestarum prestātia antecellas: quod cum grauiter se fecisse doleret quatriduo sustinuit in ediā ut moreret̄ &

Trigessimū docet cauere potum imoderatum.

Nota de Alexandro magno.

Parnemo.
Phylota.

Clitus.

nisi proceres obstitissent:ratione populi quos in mediā barbariem conduxerat hoc perfecisset : huius causa fuerat īmoderatus potus quo nihil potest esse turpius in eo precipue cui est alioꝝ cura:sed iūcta uoluptas:cū hec duo fuerint:sequitur & aliud puta uoluptas in utroq; seorsum īmoderate sumpto est lis.in utroq; simul est ueneris abusus. Terentius sine Cerere:& Bacho:friget Venus. quod latū pro lautū est.i.honestū & mundū:cōplectere animo desidera sed fuge lites.i.hec duo que sunt causa discordie si excedūt modū.

Trigessimū primū preceptum.

¶ Demissos animos:caue homines qui se nimiū simplices fingūt: & assidue silentes:quia sunt plures q̃ tegūtur pelle uulpina sub columbina spetie:& demissos deiectos tacitos sub audi:& qui ultra modū scilent quasi nunq̃ loquentes. Quod flumen est placidum: methaphora est:forsan placidū/qđ non est rapidū absq; murmure alti⁹ ꝓfundius.s.est unda pp undā:uel altius unda est.s ꝓfundior.

Trigessimū secundū preceptum.

¶ Quū tibi displiceat:qñ premeris aliquo īfortunio noli dolere: aut desperare:ne ob hoc spem ammittere uidearis:quoniā si bene inspexeris:uidebis feliciores & meliores etiā te hec & similia pati uel fuisse passos:displiceat tibi uni:fortuna.s.mala qa.s.paupertate urgeris : specta considera:quo discrimine:damno : sis peior hoc si inspexeris nō dolebis tātum:nec desperatione a uocaberis a boni operis exercitio:ut faciunt qui uitam desperant.

Trigessimū tertium preceptum.

¶ Quod potes id tempta:agredere opus/qđ tuis uiribus cōuenit:& priusq̃ inceperis tempta si potes.s.perficere qđ inceperis:Tutius est:utitur methaphora : tutius est littus naui sulcare:q̃ in mediū pelagus uelū tendere:qm̄ illic maius periculum īminet:iuxta qualitatem:& quantitatē nauis:& nauitarum.i.tutius est opus:& tenue ad finem perducere:q̃ econtrario.

Trigessimū quartū preceptum.

¶ Contra hominē iustum:noli bene uiuentibus esse molestus/iustum/bonum/praue iniuste/quia boni sunt odio malis:pro quo de⁹ est optimus malorum uindex:ideo dixit sepe etenim deus. ¶ Ne pudeat que nescieris : noli desistere scire uirtutem/quam tibi & cęteris profuturam noscis : ne pudeat noli pudore auerti:te uelle doceri:quę nescieris. Plato malo pudenter aliena discere:q̃ mea īpudēter aliis īgerere.

Trigessimū quintum.

¶ Ereptis opib⁹:quum poteris:malis gaudere ammissis opib⁹ : q̃ inuentis cū tibi aduersa

Trigessimū sextum.

fortuna te nolente occurrerit nō ut faciunt auari:q ammissorum memores continue torquentur:quasi dicat esto constans:& fortis animo:merere:mestus esse:qa deus est:q dat & aufert & q abstulit is.& ꝯferre poterit:sed gaude poti⁹:q̃ doleas:quasi dicat cū habueris quod tibi frugi est gaude : cū uero ammisseris : noli desperare.

Ratio superioris sensus.

¶ Est iactura grauis:q̃uis.s.sit dānū ammittere que sunt necessaria

Ereptis opibus: noli merere do-
lendo.
Sed gaude potius: tibi si contin-
gat habere.
Est iactura grauis: quę sunt am-
mittere damnis.
Sunt quedam: que ferre decet pa
tienter amicum.
Tempora longa: tibi noli pro-
mittere vitę.
Quocunqꝫ ingrederis: sequitur
mors corporis vmbram.
Thure deum placa: vitulum sine
crescat aratro.
Ne credas placare deum: cum
cede litatur.
Cede locum lesus fortunę: cede
potenti.
Ledere qui potuit: poterit te ali-
quando iuuare.
Quum quid peccaris: castiga te
ipse subinde.
Vulnera dū sanas: dolor est me-
dicina doloris.
Damnaris nunqꝫ: post longum
tempus amicum.
Mutauit mores: sed pignora pri
ma memento.
Gratior officijs: quo: sis mage ca
rior esto.
Ne nomen subeas quod dicitur
offici perdi.
Suspectus caueas ne sis miser
omnibus horis.
Nam timidis: & suspectis aptis-
sima mors est.

tibi uel alicui alii: tñ post
q̃ ammissa & irrecupera-
bilia uideris ferto patien
ter: hoc ex superiori sensu
sequitur ē grauis iactura:
grauis dánosa. Iactura est ¶ Iactura.
proprie piclitátiū ī mari:
hic ,p incómodo capit̃ q̃
sunt: q̃ habueris dánis in
dánū qa. s. nō possūt eē si
ne dáno: qñ ergo aliqd
ámittis/ qđ sine dáno eē
nō possit: sunt q̃dá qñ. s.
sunt p̃ciosa: fer si potes pa
tiēter q̃dá: qm̃ parua nō
tm̃ curant̃. Tépora lóga Trigessimū
tibi noli ꝯfidere te diu ui septimum.
ctuꝝ qa huiuscę uitę feli-
citas breuis ē: q̃re noli ti-
bi ,pmittere lóga tpa: qa
morte nihil ē certi⁹: fieri
ēt nequit ꝙ senex diu ui-
uat: iuuenis tñ cito mori
poterit: mors moriēdi ne
cessitas: unū quodqꝫ. n. re
soluit̃: i ea ex qb⁹ cōposi-
tū ē: umbrá corporis: cor
pus: qđ ē uelut umbra: fa
cile. n. corrūpit̃ & resoluit̃
ex predomināte materia
& q̃litate. Thure deū pla- Trigessimū
ca: nō uitulo: ut ueteres fe octauum.
cerūt: thure: methaphora
ē: odore thuri fero & sua-
ui: bonis. s. morib⁹ & pre-
cibus: sine pmitte aratro:
ad aratrū: ad qđ op⁹ est:
utilis uitulus. ¶ Cede lo- Trigessimū
cum lesus: cum quis te fe nonum.
licior. te offenderit pa-
tienter suffer: te quádoqꝫ

iuuare poterit:Cede da locum:ad auxit:cum dixit locum:potentì
illius fęlicitati:qm̄ cum fęliciori:& potentiori ꝯtendere nil ꝓdeſt.
Quadrageſ-ſimū ne malefacias tua culpa. Quum quid peccaris:quum alicuius ſceleris cauſa fueris:te ipſum
fuiſſe cauſam dicito:& patere & dole tua cōmerita:ſubīde crebro:
dolor erit medicina:que q̄uis dolorem afferat egrotanti : tamen
dolorem ſanat. ¶ Damnaris nunq̄ : ſiquis olim amicus te nuper
Quadrageſ-ſimū primū. offenderit:noli ſubito offenſus ab ei⁹ amicitia diſcedere:qm̄ hoc
ex mutatis moribus feciſſe potuit : poſt longum tempus qui tibi
longo tempore amicus fuerit : mutauit mores tui.ſ.nunc oblitus
quem prius amauerit:at tu noli ipſum deſerere ob prima pignora
ob priſtinam amicitiam:quam.ſ.primo ſecum habueris:& ſic nō
Quadrageſ-ſimū ſcd̄m. diſcedes ab officio boni uiri:qui bonū pro malo reddit. ¶ Gratior
officiis : eſto memor accepti beneficii:& amaberis : quia munera
que mutuo dederis:ligant amicos:quicūq; illi fuerint eſto gratior
amabilior:officiis beneficiis:quo ꝓ ut ſis carior:mage magis car⁹:
ne nomē ſubeas/quod dr̄ offici perdi.i.quod dr̄ officiū beneficiū
perditum : ne.ſ.uidearis ingratus ob officium quod receperis : ſi
Offici perdi. quis tibi.ſ.benefecerit tu quoq; illi benefacito:& ſic offici eſt nomen indeclinabile:& poteſt iungi cui uis caſui:offici perdi eſt idē
dictu:ꝙ qui nō remunerat benefitium acceptū:ne ſubeas nomen
ne uoceris offici perdi.i.ingratus:antiquum nomen quaſi perditū
officium:quo.ſ.ei uidetur tributum:ultima ſillaba huius nominis
Quadrageſ-ſimū tertiū. indifferens eſt:ratione antiqui nominis. ¶ Suſpectus caueas:caue
ſuſpitiones:ne ſis miſer:quia qui incōtinua ſuſpitione eſt:quieſcit
nunq̄ & quādoq; efficit quod eſt decore:& miſeria dignum:nam
timidis & ſuſpectis:nam melius eſt mori:q̄ ſemper ſuſpicari mala:
q̄bus.ſ. īprudens ſemper cruciatur:& ideo cito moritur:qa uultus
triſtis exſiccat oſſa:alacer uero ętatem floridam facit:nam timidis
& ſuſpectis:in timore uiuētibus:& ſuſpitione erit mors aptiſſima:
Quadrageſ-ſimū quintū. preceptum. ſubita:non diu uiuent. ¶ Quum fueris ſeruos:nos ad humanitatē
inuitat:ea enim fit trib⁹ modis per ſalutationem:ut cum aliquem
nobis obuiam ſalutamus : & ei manum porrigimus : cum opem
afferrimus calamitate laboranti : cū celebramus ſine turpitudine
conuiuia:& conſuetudine gaudemus : & quia ſerui alienis legib⁹:
& preceptis coacti gaudent:ſaltem bonis uerbis:fas eſt illos:qn̄q;
aliquo onere leuari : & cum eis etiam gaudere : non eodem uictu
ueſtitu:aut moribus:qm̄ nimia familiaritas contemptum parit:&
famulos dicas : q̄uis tibi ſint ſerui:& famulos dicas : licet tibi ſint
ſerui:tamē dicas eos homines:utere erga eos aliqua humanitate:
ne quid ut eos decet:illis deſit:tamē ut ne quid nimis:nō excedas

modum cum eis:quia seruus nunq̃ est fidelis:seruos:seruus est qui tibi seruit ad tempus mercedis causa. ¶ Quam primum tibi est: subito cum uideris tibi prodesse aliquid:& habere poteris quod cupis:nec cum post ea habere uolueris:uel facere non possis:q̃ pri mum subito:prima occasio:prima opportunitas facti:huius quod desideras:est rapienda:tu illam agredere:rapienda:a te.s.ne rursus queras:& illud nō inuenias/que iam neglexeris ante:ommisseris ante:cū ergo poteris aliquid boni habere:uel facere facito:& noli differre ut postea habeas:uel facias. Ouidius.Tolle moras nocuit semper differre paratis. ¶ Morte repentina : noli gaudere subita morte alicui⁹ : quia cuiq; etiam fęlici hoc accidere potest q fortune telis sub iacet:repētina subita malorum hominum:felices quorum uita fęlix est : & sine crimine obeunt.moriūtur cū ergo tam boni q̃ mali moriantur:nemo alterius morte gaudeat. ¶ Quum cōiunx tibi sit quādo uxorem pulcram habes:nec res & es paup & fama laboret : quia.s. homines dicunt eam inpudicam:uel cupiunt : & te dicunt esse pauperem: noliītroducere domum inimicū sub amici nomine:quoniā ubi uxor tua pudica ē:habebit nomen inpudicum uel sequi poterit crimen quod honestati non cōuenit:uitandum ducas : uita caue:ne ducas : nomen amicum: inimicum sub amici nomine : qa.s.se tibi amicū fingit propter uxorem. ¶ Quum tibi contigerit/quando doctus fies : noli fieri elatus : &

Quadragesimū qntum preceptum.

Quadragesimū sextum

Quadragesimum septimū pceptū.

Quadragesimū nonū.

¶ Quum seruos fueris proprios mercatus in vsus.
Et famulos dicas : homines tamen esse memento.
Quam primum rapienda tibi est occassio prima.
Ne rursus queras:quod iam neglexeris ante.
Morte repentina noli gaudere malorum.
Felices obeunt:quorum sine crimine vita est.
Quum coniunx tibi sit:nec res:& fama laboret.
Uitandum ducas inimicū:nomē amici.
Quum tibi contigerit studio cognoscere multa.
Fac discas multa : & vita nescire doceri.
Miraris : verbis nudis me scribere versus.
Hos breuitas sensus:fecit cōiungere binos.

ſuperbus:ſed humilis:& ſcientiã quam habueris amplifica alios &
tuis ſtudiis exaltãdo:multa multas res fac diſcas:ne dicas ſat ſcio:
hoc eſt offitiũ inepte mentis qm̃ intellectus diſcendo alitur uanũ
eſt nutrire corpus:& nõ mẽtem:uita caue:neſcire doceri:ne dicas:
neſciunt me.ſ.alii docere/quia uolentem ſcire opportet credere:
¶ Quare hic utitur ebaſi. caue ergo.ſ.alios:te neſcire doceri ab eis:quum tibi ergo quando
& nunc eſt aduerbium:ut debet ſcribi per.q.quando uero eſt pre-
poſitio ſcribiť per.c.& ſignificat ſocietatẽ & iũgitur caſui ablatiuo
& qm̃ de hoc exornatione hic mẽtio facta eſt:tãgam quedã pauca
de prepoſitionis & quarũdaꝝ aliaꝝ partiũ exornationibus quod
¶ De natura ꝓpoſitionis. Nota bene. erit utile puerulis & doctis.¶ Prepoſitio per pulcre ponitur inter
nomen ſubſtãtiuum & adiectiuũ:ut amor in te meus.¶ Genitiuus
ĩter duos nominatiuos ut oĩa rei publicę iura:& nominatiuꝰ inter
duos genitiuos ut huius excellentia uiri. Adiectiuũ uenuſte prece-
dit ſubſtãtiuum:ut optima uirtus:nominatiuus in principio:hunc
accuſatiuꝰ ſeqtur poſtremo uerbũ.¶ Orator ecõuerſo preponit ac-
cuſatiuum ntõ & uerbo:& ſi qd hec oĩa ſequať illud ea precedet ut
dalmatię enonã nobilẽ urbẽ turca ſepe conatus ẽ euertere. Qñq3
uerbũ in principio qñq3 in medio poni ſolet. Dictio negatiua in
Dictio negatiua. fine ponať ut q te ardẽtius amet:habes neminẽ. ¶ Poſſeſſor pre-
ponitur rei poſſeſſe ut Ciceronis eloquẽtia.Rellatiuũ poſitũ inter
¶ Poſſeſſor. Rellatiuum. nomẽ appellatiuũ & propriũ ꝯuenit proprio qđ ad illud ſeqtur ut
eſt locus in carcere qđ tulianũ dř : & hoc qđ ſeqtur uel ſit neutrũ
uel fęmininũ uel maſculinũ quale ĩterponeť rellatiuũ tale erit:&
id qđ ſequetur & ecõtra:quale qđ ſequeť tale erit:& rellatiuum ut
Papyriꝰ incũbit ſtudio ſapiẽtię q̃ phyloſophia dř/& Cicero edidit
pulcrũ opus q Cato maior dř:qñq3 de maſculino in fęmininũ in
¶ Anxur. ¶ Terracine. Nomine poſitiuo. eodẽ numero/qñq3 in numero mutato ut Anxur/q̃ terracine di-
cũtur:poniť qñq3 ſine antecedẽte ut in quo libro de uirtute agitur
preclarus eſt qñ ei correſpõdet ut urbẽ quã ſtatuo ueſtra ẽ. Nomẽ
poſitiuũ augeť hac prepoſitione ꝑ:ut ꝑbeatus es. Suplatiuo uero
iũgere ſolemus lõge multo & q̃:cõparatiuo uel multo uel longe.
¶ Quã perq3 & per multo longe. ¶ In re nobis utile grata honeſta:aut iucũda utimur datiuis ſub-
ſtãtiuoꝝ ut hec res ẽ mihi iucũditati uel utilitati.i.affert iucũdita-
tem. Afficio actiue pro affero ultra accuſatiuũ gaudet ablatiuo ut
afficio te gaudio affero tibi gaudiũ & afficior dolore ideſt doleo.
Tum & cum. ¶ Eque ſentẽtię preponimus Tum.in Eque.primo & ĩferiori cum
ſequẽti & grauiori tum.& ẽt ꝯiunctio geminata hẽt uim duplicis
tũ ut es & doctus & ſapiẽs.i.tum doctus tũ ſapiẽs.¶ Participiũ ac-
cuſatiui caſus apud poetã ablatiui apud:oratorẽ poni ſolẽt ꝑ infi-

nitiuo inuētū tibi curabo ꝓ inuenire leliū: & priusq̄ capias ꝯsulto. Dicimus ē mihi op⁹ medicus medici medicū: poetice medico oratoriū & historicū ē. Adiectiuū neutri ḡnis loco substātiui & adiectiui ꝑponit̄ substātiuo posito ī gtō casu ut huic ē multū sapiētie. i. multa sapiētia: q gtūs si ē singularis oratio ē singularis: si pluralis talis ē: & oro tota hāc eam uim habēt hec aduerbia paꝝ & satis ꝙ paruū & multū: si daret̄ superlatiuū durū & asperū ꝓlatu tūc loco ei⁹ utimur positiuo cū maxime aduerbio ut meli⁹ ē dicere hoc est maxīe raꝝ gen⁹ hoīum. i. rarissimū hāc eādē uim habēt positiuis iūcta ad modū. Et i primis: cū aliquē mediocriter laudare uolueris primo pones rectū: postea ablatiuū: Tertio adiectiuū in recto q̄rto nomē dignitatis primū: nō rationis ei⁹ qnto uerbū sum es ē sexto locū ut themistocles uirtute ꝑstās princeps erat athenis. Vehemētissime laudi addit̄ gl̄ia siue la⁹: & causa hoꝝ ponit̄ in gtō ut themistocles gestaꝝ reꝝ gl̄ia emicuit. Opere ꝑciū: utile necessariū iucūdū & laudabile significat. Presefero. i. aliqb⁹ idiciis hoc ostēdo aut uerbis ul̄ ꝯfiteor hr̄e rationē tpis loci ꝑsonaꝝ dignitatis. i. hec oīa ratione cōplector & ꝯsidero: cōplecti rem mēte & aīo est rem illā ꝯsiderare. Et uolutare: i aīo ē in aīo hēo: anim⁹ mihi uolo eque ꝓ ita: ꝓ ac tu. i. sicut tu. ꝓ sicut tu. ac pro q̄ atq;. ꝓ sicut atq; ꝓ quātū nō tm̄ studeo: atq; tu. ꝓ quātū tu. haud ꝓ nō: secus ꝓ aliter: subiunctiu⁹ ꝓ idicatiuo fecissem ꝓ fecerā: partim aduerbiū ut partim hominū. i. qdā hoīes: & cū partim hominū. i. cū q̄dā parte hominū: bene q̄drant geminata in orone ut hic sunt partim populares partim nobiles. Alias ēt geminatū aduerbiū tale erit ꝑter ceteros studeo pre ceteris. & ultra alios maximā uim hēt: hec oro: corporis uirib⁹ ualeo & poleo gaudēt casu abltō: clareo & floreo hoc idē euenit & ualet in hac re mea auctoritas: ꝑsto tibi acumine ingenii & antecello te acumine īgenii: sed ēt seq̄tur ad nō solū uerū ēt ad nō modo sed quoq; ad nō tm̄. Infinita oratio ꝑuenusta ꝓ ꝯiunctiua poni solet uolo te ad me scribere uolo ꝙ ad me scribas & hoc ubi nō ē sermo ambigu⁹ ut uolo te amare me: seruādū hoc ē in uerbis absolutis uel ubi alteri casui adiecta fuerit ꝑpositio. Ex te ꝓ a te/e/tuo pr̄e uel de tuo pr̄e dicere possum⁹ q̄ro ex te. i. a te. te ꝯsulo. s. & īterrogo ꝓ rostris. i. ī rostris ꝓ uirib⁹ scd̄m uires. Sub moueo paꝝ moueo. b. mutat̄ i. m. clam occulte. Cōsequor ꝓ ex primo. Euado phylosophus & i phylosophū. i. fio. Fore futurū hēt significationē affore defore ꝓfore qd̄ ꝓdeesse possit. ¶ Profiteor spōte: ꝯfiteor per uim que sepe ꝯfundi solent. ¶ Ago gr̄as & gr̄am: hēo gr̄as & gr̄am: refero gr̄am: agim⁹ uerbis: habem⁹ aīo: referim⁹ factis: debeo

Parum satis.

Nota bene.

Opere ꝑciū.

¶ Presefero.

Eque ac. atq; haud secus.

¶ Preter ceteros poleo clareo floreo

¶ Presto antecello.

Ex te.

Pro rostris.

Submoueo.

Consequor.

Ago gratias habeo refero debeo adeo.

gratiã obligationis uim habet:adeo te.i.eo ad te:alloquor te non loquor ad te. ¶ Decessit uita non cessit de uita:excessit huamanis rebus non cessit ex humanis rebus. ¶ Decem annos studui dicit intermissionem nullam:decem annis cum aliqua intermissione. ¶ Cordi est placet:tantisper.i.tam diu:a punto tanto requirit post se dum:tantisper meus eris dum hoc feceris idest q̃diu hoc feceris. ¶ Hanc rem facile grauiter modeste patior idem patienter fero & patienti animo. ¶ At.& atq̧.secuntur perinde:& tantum ualet.at.& atq̧.quantum ualet.q̃.& tanq̃.ut perinde atq̧ hominũ sapientissimus. ¶ Coeo tecum amicitiam. Principio orationis gaudẽt pronomina primitiua:ut tu ipse tu ille.non sillabice adiectiones: ut temet illemet:ego te magistro utor mihi magister es.frequẽs mihi tecum cõsuetudo est tecum frequenter uersor. ¶ Venustius utimur nũero plurali q̃ singulari ut sunt mihi cũ malis inimicitie. ¶ In dies.i.per singulos dies iungitur uerbo significanti incremẽtum quottiedie cũ quo uis alio:in diẽ de hora in horã. ¶ Sincopa per uenustam reddit orationẽ norim pro nouerim. ¶ Quin pro quod non sequitur non ut non possum facere quin te doceam.i.qđ non te doceã:multũ loci est huic tranquilitati q̃ locus est huic tranquilitati:elegantius dr̃ magni opere ꝑ ualde:maiorẽ ĩmodũ pro maxime maximo opere.i.plurimum & sic de aliis:precęteris idest añ omnia hoc faciam preter cęteros añ omnes:preter cętera idest mediocriter idest non magis hoc q̃ illud:paucis pro paucum multis pro multum. Rome cõsulem gerit.i.est Rome cõsul meus in te pro erga te amor in casu accusatiuo:& pro contra ut in ueho in te pro ɔtra te:apprime media ꝑducta pro ualde. ¶ Res iũgitur. peruenuste nominibus possesiuis ut res bellica. ¶ Fungor amici munere pro offitio idest facio boni amici offitium. ¶ Neutra uox aptissime iungitur comparatiuo pro uoce masculina & fęminina ut nihil te est melius.i.nulla res. ¶ Propediem:q̃ primum ɔfestim: postridie.i.postero die peruenustam reddunt orationẽ. ¶ Primũ uel primo.i.prius hoc faciam: deinde.i.secundo preterea.i.tertio loco:ad hoc accedit pro quarto in fine postremum uel postremo: memorie proditũ est.i.hoc scriptũ est:mandare memorie scriptis. & litterarum monumẽtis aliud est fallit me hec opinio.i.frustratur:uel decipit missum te facio.i.dimitto:quidem in oratione sequitur ne:& ne sequitur non modo ut non modo non studes sed ne uides libros quidem. ¶ Quando sunt aliqua uerba que collocantur in oratione sine copula tunc id quod est generalius & magis nobile locatur in fine ut te uolo/diligere/amare / & colere/si

uero facit

¶ De natura pronominũ primitiuorũ. utor frequẽs consuetudo.

Res cui iungitur fungor neutra uox. Propediem.

Nota bene.

uero facit oratio ex nomine generali ad quod consecuntur specialia: tunc cōmunis preponitur: specialia secuntur: ut animalia queq; homines: equi: leones: bonū uidentur appetere: tamen utcūq; res sese habeant id quod pluris est: debet poni in fine. ¶ Accedit mihi dolor: uel ad meas miserias. i. additur: elegans sermo est. ¶ Hoc adiectiuum grandis cōuenit: aut ętati: aut pecunie: ut hic est grandis natu: & tibi credo grandem pecuniam: & maiore natu senior: & minor natu iunior: grandissimus natu longeuus: atq; admodū senex. ¶ Parenthesis interiecta orationem reddit haud illepidam: hec res apud me increbuit ad aures meas: & ad meam notitiam peruenit: reliquum est: hoc restat. ¶ Rumor est idest cōmuniter uulgo: & ubiq; dicitur. accepi hanc rem audiui: rumore cuius non est certus auctor. fama cuius est certus auctor: te propter: & propter te: quibus cum: & cum quibus: clam occulte idest me nesciente ablatiuo & accusatiuo: iungi potest: coram cum accentu idest presentialiter aduerbiū est: ut Virgilius coram quem queritis ad sum: accipit accētum in ultima sillaba: quādo est prepositio in prima. ¶ Aduerbia multa in. i. litteram. desinētia splēdida sunt: ut domi: uesperi: belli: & in. o. ut postremo: merito: precario: nec tamē sunt in frequenti usu: in. u. ut interdiu: idest infra medii diei tempus & noctu pronocte: nullus nulla nullū: iuncta uerbo sum es est: pro nō capi solet: ut res publica iam nulla est: pro extincta est. Presto sum: idest ad sum: & appareo: deuincio idest obligor quod etiam dici solet: obnoxius sum: perpetuo: & imperpetuum idem est dictu. ¶ Collocaui apud te beneficium idest tibi benefeci. ¶ Indulgeo huic rei: idest operam do: ut idulgeo somno idest nimis dormio: etiā indulgeo filio lenis sum erga filiū: ignosco excusatū habeo. ¶ Vel pro etiam congrue ponitur in principio sequentis sensus ad primum. ¶ Verso: iungitur accusatiuo cum circa: & ablatiuo cum in: ut uirtus circa difficile uersatur: & uersamur intenebris idest uiuimus: & sumus. ¶ Memoria teneo non memoriter: pronuncio memoriter nō memoria: amore te cōplector te amo: cogitatione te complector: cogito: repeto hanc rem memoria idest reminiscor non teneo memoria: & repeto memoriter. ¶ Certū est mihi nunq̄ ire in meam Dalmatiam barbaris plenam: idest decreui: & certum est: idest manifestum est: certum est mihi: exploratum est mihi: cōperi: & exploraui: idest scio deliberaui ut perficiam: minime: constitui: & decreui econtrario. ¶ Exploro: diligēter inquiro. ¶ Exigo postulando obtineo. ¶ Interim: idest interea: dum hec aguntur: & interim pro aliquādo Quintilianus: interim excusantur hec uitia:

Accedo uerbū grandis.

Maior natu.

¶ Rumor fama.

¶ De natura quorundam aduerbiorū.

Presto sum.

¶ Deuincio.

Colloco beneficiū indulgeo ignosco

uel.

¶ Verso.

¶ Memoria teneo pronūcio memoriter: & plura alia.

Certum est mihi.

ideſt aliquando. ¶ Par eſt decens eſt:non ſum par non ſufficio:eſt mihi par laboribus opus quod ſcilicet exequor : paria facere : eſt compenſare. ¶ Grauare eſt ſe cuiq; difficilem prebere:unde grauis morbus:grauior hanc rem:& hac re:ĩgraueſcens ętas que grauior fit : & agraueſcens. ¶ Enim uero pro ſed. Sin enim ſed ſi quando uolumus explere ſenſum:quo ad pro quouſq;:& pro qñ ponitur. ¶ Suſcipio te:accipio te:& cõmendatũ habeo. ¶ Due negationes affirmant ut Polideus haud eſt improbus:eſt maxime probus : & nõ malus:& eſt diminuta laus. ¶ Conficior fame ideſt pereo:mea cauſa hoc fit capitur actiue quia ſcilicet tu ſic uoluiſti tua cauſa paſſiue : ut tibi ſcilicet aliquid preſtare poſſim:hic liber eſt meus: aut mis actiue:mei paſſiue habes poteſtatem mei:& meam : & ſic dicas de omnibus huiuſcemodi genitiuis:alii poſſunt capi actiue: & paſſiue:mei non ponitur actiue in genitiuo:unde dicimus mea

Inquam uerbum.

unius cauſa:& non mei unius cauſa. ¶ Hoc uerbum inquam apud Ouidium de ponto quod eſt tẽporis futuri loco preteriti uel preſentis ſepe capi ſolet hoc ſepe & oratores facere ſolent:q̃uis poete

¶ De natura ſubſtãtiuorũ.

preſenti pro futuro & pro preterito ſepe utantur. ¶ Subſtantiua imperatiuis ſepe iungũtur maioris ſignificãtie gratia:ut cara:ſias uir clarus. ¶ Fretus freta fretum:proconfiſus aut munitus:non eſt

¶ Facio certiorem.

eius certa origo. ¶ Facio te de hac re certiorem:hanc rem tibi ſignifico:non certum niſi poetice. ¶ Bene ſe res habet ſtat bene. ¶ Traitiam in Dalmatiam nauigabo ſoluam Sibenico:cũ ſignificat locũ quo proficiſcimur:ideſt diſcedam illinc alio profecturus. ¶ Tueor ſecunda producta defendo. ¶ Tuor ſecunda correpta inſpicio a quo ob tuor in tuor. ſupinũ tuitum:ſicut tueor tutum. ¶ Confido tibi & te:credo tibi grandem pecuniam pro cõmitto: multa id genus ideſt eiuſdem generis quod dici ſolet & cętera:

¶ Euenit ex ſententia.

hoc mihi uenit ex ſententia ideſt ut optabam : infero iniuriam: iniuriam facio:manus tibi infero te pulſo:impetum in te facio:te

Venia licẽtia

cum impetu ferio. ¶ Do ueniam in bonam partem:do licentiam in malam:quando uolumus eleganter dicere hoc quod dico eſt in ore omnium:tunc dicimus:ita fertur:uel ut aiunt. ¶ Super pro ultra mediam noctem. ¶ Contra ſermonem tuum tendo tibi reſpondeo:tendo contra iter tibi occurro. ¶ Macte magis aucte uirtute puer ad gloriam:& laudem refertur. ¶ Conor hanc rem tanq̃ difficilem:ſtudeo hanc rem curo huic rei. ideſt incumbo:deſidero

Die quarto die quarta.

te tanq̃ abſentẽ. ¶ Die quarto preteritũ tempus:die quarta futurũ: quod eſt dictu:nudius tertius:nudius quartus. Quarto Fabius eſt pretor ſignificat locũ:& tres ante factos. Quartũ pretor ſignificat

tempus: & refertur ad hominem nudius tertius die tertio & quartus. Quarto de sequenti cras de proximo. Perendie a quo perendinus ab hinc tertius perendinare differre in longũ de die in diẽ: pridie heri: de preterito pridie q̃ irem in foꝝ. Lelius mihi obuiam fuit: & de futuro: pridie q̃ uadas sulmonẽ habeto ueniam idest die precedenti sic dicas de postridie: & in genitiuo pridie illius diei: salue & aue tam aduenientis q̃ recedentis: salue tantũ aduenientis: uale recedẽtis: salue in principio uale in fine: & iubeo Petrum saluere: & iubeo te gaudere gaude: de in scriptione dierum: inspice sacra breuiloquia illic: cognosces idus nonas & calendas: dixi superius quare feci hanc digressionem. ¶ Quare hoc sit ultimum carmẽ exponendũ huius clarissimi poete oratoris & phylosophi. Miraris uerbis: excusat se a breuitate sensus: & carminis: dicens: tu miraris: quasi dicat noli mirari: si binis carminibus perfeci hos sensus quos audiuisti: hoc non feci negligentie uitio: quia scilicet noluerim subisse maius onus: & profusiori carmine hec scripsisse: sed quia paucis uerbis: pauca: & clara complecti uolui: Miraris: interrogatiue: noli mirari: nudis uerbis aptis: uel non nimia auctoritate: uel elegantia politis: quo euitat arrogantiam: fecit coniũgere binos: quia distigico carmine: sensum scilicet duobus uersibus complexus sum: quibus ostenderem: quid cuiq; in uita sit agendum: fugiendum: timendum: quid ue uitandum.

Cras perendie perendinare pridie.

¶ Salue Aue Vale.

¶ Vltimum carmen excusatio poete ꝑ calce operis.

¶ Finis Cõmentariorum. M. Io. Policarpi Seueritani Sibenicensis Dalmatę predicatoꝝ ordinis: in quatuor Ethicoꝝ libros Senece Iunioris Catonis Cordubensis.

¶ Laus ergo sit optimo / maximo / Deo / deuipare Marię / diuo / Domenico / oĩbus cęlicolis / dulciorib⁹ musis / & Parnasię rupi.

¶ .M. Io. Policarpi Seueritani Sibenicensis Dalmatę predicatoꝝ ordinis ad lectorem carmen.

¶ Est nihil hic dictum quod non dixere priores.
Cultius at dixi hec: lector amice Vale.

## ¶ Ad Raphaellem Vibianum Perusinum: Papyrij Pontani Viterbiensis: Carmen.

O Raphael vibiana domus: cui clara propago
    Extat ad ętbereos commemoranda polos
Si libet aurato tibi flectere sępe camęnas
    Pectine: mi princeps en Policarpus adest:
Hoc poteris sacras semper celebrare camęnas:
    Et dare castalijs munera pulchra choris
Attulit hic vates vires: animumqꝫ poetis
    Attulit ⁊ verbis aurea verba suis
Astabunt viridi pallentia serta chorymbo:
    Astabit laurus fulmine tuta Iouis:
Mox tibi mi princeps: multos memorande perannos
    Phydiaca parius: stabit ⁊ arte lapis
Si tu cognosces fidi monumenta laboris
    Si qꝫ potens fies gloria summa viro
Hoc opere incepto: quod te duce crede canenti
    Eterna poterit religione coli
Hoc libro docuit: quicquid docuere priores
    Grammatici: docte: doctus ⁊: ipse pius
In iuuenes virtute pios: quos tempore longo
    Delusit pietas: non bene nota prius
Hic nuper excussit: pulchris pręconia chartis
    Grammatices: quid quis doctus vbiqꝫ daret
Exoluens nodos: quos vel docuere priores
    Hac vel ⁊ arte prius: non bene floruerint
Huic igitur studeas: niueo signande lapillo
    Atqꝫ inter faustos connumerande duces
Nam fies doctus: fies clarissimus atqꝫ
    Et cito proficies hoc opere egregio:
Sępe tuam libro hoc cernes cantare thaliam
    Et dare turicremis dona sabęa focis.

SI breuitas frontonis adest: si phoca: probusq;
Fastidiunt animum lector amice tuum
Siue diomedis: prisciani aut dogmata vires
Offendunt nimia garrulitate tuas
Hoc opus excussum a policarpo suscippe adunguem
Namq; hic exemplo te & ratione docet
Quare age docta cohors: & tu romana propago
Laudibus in numeris hunc celebrate virum:
Tu quoq; qui fueras mutilus: mendosus: & asper
I liber: & lętos: vise reuise dies:
Et quum rite labor fuerit cōmunis: & ipsa
Gloria cōmunis vestra duobus erit.

¶ Aschanij Schatasij Meuanatis viri eruditissimi Endecasyllabon.

QUi balbus iacuit diu libellus
Mancus: semilatinus: inpollitus:
Splendens in medium: tuo labore
Doctrina: studio: loquens: apertus:
Procedit policarpe: q̄ tenentur:
Quam debent pueri: minus timebunt
Nam rauci ferulam senis magistri:
Et per se poterunt domi doceri
Hinc tristis fuge cura detrahendi
Hinc: hinc tabificus recedat liuor
Uel lauda illyriam genus Joannis
Donatum tibi qui facit disertum.

F. D. Dominicus Pacentrinus.

QUantum Donato: quantum Romana Catoni
Debet progenies noscere quisq; potest.
Sed debere tibi magis/o/ Policarpe fatemur
Qui das obscurum clarius arte tua.

¶ Vincentius Ballionus Perusinus
ad lectorem
Exasticon.

GRammatices qui dogma doces hunc disce libellū
At doceas pueros quod didicisse iuuat:
Namqꝫ hic Donatum meliorem reddidit: atqꝫ
Explicuit sensus: verba qꝫ cuncta simul:
Nec solum explicuit sensus ⁊ verba: sed hunc tu
Si releges: credas illius esse animam.

¶ Angelus Motodea. Eugubinus.

Qui quondam dubia fuerat caligine tectus
Nunc nitidus toto currit in orbe liber.

¶ Andreolus Egubinus.

HOc Policarpe dedit nomen tibi sedula mater
Vidit nāqꝫ polum carpere te nitidum
Nec decepta fuit carpis tu sidera doctis
Carminibus/lingua/nomine/corde/cheli.
Meonide quantum debet bona musa maronis
Huic tantum debet lingua latina viro.

¶ Idē. D. Dominicus Pacentrinus ad Lecto

Non dedit errores ip̄ressor ⁊ autor ⁊ ille
Qui castigauit: sed breue tempus: opus.

¶ .A.B.C.D.E.F.G.H.I.K.L.M.N.O.P.Q.R.S.T.V.X.Y.Z.
AA. BB. CC. DD. EE. FF. GG. HH. II. KK. LL. MM. NN.
Omnes sunt duerni.



¶ Impressum fuit hoc opus Perusię apud
Leonem: per Cosmum cognomine
Blanchinum Veronensem:
Anno/a/deiparę
virginis
partu. 1537. die. 22.
Januarij.
die vero
Jouis.








~~hic liber~~ est [illegible] martini
et amicorum suorum
ille qui [illegible]
sit contentus
Redden







Hinbris bis lequer
itam [illegible]
adeu q modsic
H comuscationis
elbalem
Et tonitrueis [illegible]

et p[illegible]
[illegible]
et postea fuit [illegible]
tempus